


www.libtool.com.cn



000093229V
www.libtool.com.cn



www.libtool.com.cn

www.libtool.com.cn

www.libtool.com.cn

www.libtool.com.cn

DEMOSTHENIS
OLYNTHIACAE TRES
PHILIPPICA PRIMA
ET
DE PACE.

**TEXTUM AD CODICEM Σ ET NOVISSIMAS EDITIONES
RECOGNOVIT, HARUM DISCREPANTIAM ET SELECTAS
ALIORUM SUASQUE NOTAS SUBJECIT, DUO EXCURSUS ET
TABULAM CHRONOLOGICAM**

ADDIDIT
CAROLUS AUGUSTUS RUEDIGER,
**PHIL. DR. GYMNASII FRIBERG. RECTOR EMER. ANTIQUITAT. SAXONICAR.
INVESTIGATORIBUS DRESD. ADSCRIPTUS.**

EDITIO TERTIA DENUO APPARATA.

L I P S I A E
LIBRARIA WEIDMANNIA.

MDCCCXLVIII.

290. i. 5.



www.libtool.com.cn



www.libtool.com.cn

VIRO PERILLUSTRI
LUDOVICO CAROLO HENRICO DE PFORDTEN
JURIS UTRIUSQUE DOCTORI

RERUM ET SACRARUM ET SCHOLASTICARUM PER
REGN. SAXON. GERENDARUM

AC

RATIONUM CUM EXTERIS GENTIBUS INEUNDARUM

SUMMO MODERATORI ET PRAEFECTO

HANC EDITIONEM SACRAM

ESSE VOLUIT

AUCTOR.

www.libtool.com.cn

PRAEFATIO EDITIONI TERTIAE.

Haec editio tertia *Demosthenis Olynthiacarum trium, Philippicae primae et de Pace ab iis, quas MDCCCXVIII et MDCCCXXIX curavi, editionibus eo differt, quod, restituto orationum ordine vulgato, harum ipsarum textum quem dicunt ad codicem Σ Parisinum saeculi decimi, quem primo Immanuelis Bekkerus contulit, denuo jussu Guilielmi Dindorfi a Duebnero collatum*) pressius quam olim redegi eamque legem mihi scripsi, ut quoad liceret et fieri posset hunc potissimum ducem. sequerer: quod et ipsum, Bekkeri cautius praeceunte, *Baiterum et Sauppium* in edit. Turic. 1841, *Frankium* in ed. novem Philipp. Lips. 1842, *Voemelium* in ed. Paris. 1843 **), *Sauppium* in ed. Gothana 1845, G. *Dindorfium* in editione Oxoniensi 1846 fecisse confiteor. Et hic quidem de Graecis litteris meritissimus, qui pro eximia liberalitate suam ed. novissimam mecum communicavit, Praef. p. IX haec: „non dubitavi ad hujus potissimum codicis auctoritatem oratoris verba exigere et severiore quidem lege quam in ed. min. ante hos 18 annos alio consilio suscepta feceram: quanquam cavendum ab altera parte fuit, ne quae huic codici merito fides habetur in nimiam admirationem verteret.“ Cujus libri praestantissimi**) ratio quo subtilius indagaretur, ne minima quidem diversitas praetermissa est in adnotatione critica, qua simul editorum illorum diversae lectiones continentur: omissione indicat consensum, ita ut quam amplexi sint lectionem quamvis respuerint appareat. Et Bekkeri quidem quatuor editiones, quas 1816, 1824, 1825 et 1835 †), Voemelli duas 1829 et 1843 et G. Dindorffii duas 1825 et 1846 distinxii. Frankii*

*) In adnotatione critica per „Σ apud Dindf.“ significavi lectiones hujus libri a Bekkerio praetermissas.

**) Nolo repetere quae de Turicensi et Frankii edit. in N. Jen. A. Litz. Nr. 53 1844 et de Voemelii ed. in N. Jahrbb. f. Philol. 42, 3 p. 226 et 52, 1 p. 83 dixi; hoc extremo loco p. 86 exempla discriminis allata vides, quod est inter Bekkeri, Turic., Voemelii et Dindorffii editiones.

***) Consentunt in hac laude maxime Voemelius in ed. Paris. praef. p. V, Sauppius ep. crit. ad Herm. p. 34 sq., paulum dissentit Weberus in ed. Aristocr. (Lips. 1845) praef. p. VIII, a Rehdantio in Jahrbb. f. Philol. 47, 2 p. 168 improbatu.

†) Editores praeter Voemelium et Funkhaenelium cum Frotschero (Olynth. Lips. 1834) quum in ed. 1824 acquiescerent, saepe Bekkeri esse dixerunt, quae Vir Summus 1825 et 1835 retractaverat.

denique et Turicensium ratio, a quibus Sauppis non nisi ubi notatum est differt, plerumque minù probata fuit. Reliquorum autem nomina ut *Reuteri* (Phili. VIII; Aug. Vind. 1833), *Funkhaenelii*, *Frotscheri* (Or. d. Pac. Lips. 1831) et *Klinkmuelleri* (Phil. 1. Olynth. Pac. Sor. 1832) afferendi rarior copia data fuit, quippe Bekkero, novae aetatis lectionum Demosth. inclito auctori, plurimis locis obtemperantium. Quoniam autem non meum fuit, artem criticam fusius factitare et codicū, de quorum notitia Voemelius quinque prolusionib⁹ schol. (Francf. 1833—1836) praecclare meruit, varietates enotare et excutere, has rescidi et tantum hic illic in adnot. exegetica causam exposui. Varietatem lectionis e Codd. Par. α. β. Monacc. γ. δ. ε. ζ. η. Dresdensi, Gothano et Bodlejano conscriptam, ne fines hujus libri excedantur, alio loco edam.

Etenim quum eorum rationibus potissimum consultum esse vellem, qui vel superioribus gymnasiorum ordinibus adscripti vel philologorum castra sequuntur Demosthenis, principis oratorum Atticorum, opera non obiter legere, sed vel verborum vel rerum cognitione paulo accuratius imbui cuperent, multa quae olim tractaveram abjeci et quae graviora videbantur vel in commentar. historic. conscripta erant, quis ut *Bockhius*, *Schoemannus*, C. F. *Hermannus*, *Wachsmuthius* (Hell. Alterthumek. Zweite Ausg. Hal. 1844) de antiquitatibus Graecis commentata sunt: modo ne videar aliis justo plura, aliis pauciora dixisse!

Orator autem, qualis Demosthenes fuit rempublicam gerens, hujus ipius rationibus ad dicendum permotus est: harum causas, quas per consilium viresque licuit, exploravi in Prolegomenis, respiciens ea quae nuper a *Westermanno* meo et C. G. *Boehneckio* acutissime disputata sunt; in duplice Excursu brevissime scripto leges de Demosthene et Philippo quae his personis deberi videbantur. Tabula chronologica in calce libri adspersa rerum in annotatione commemorationem et expositionem et ordinem continet. Accurata autem diligentia b. A. G. *Beckeri* (Liter. d. Demosth. Quedibg. 1834), hominis candore animi et exquisita doctrina ornatissimi, factum est ut de studiorum Demosthenicorum praesidiis agere supersederem. Rostii autem, viri celeberrimi, eam notavi grammaticam, quae in scholar. usum Gotting. 1844 prodiit.

Nihil denique prius, nihil antiquius habeo quam ut labor dum multaque in summo Oratore versatus fructu suo non omnino caret et ad ejus vim virtutemque, quae merito nostris hominibus enixe commendatur, et cognoscendam et imitandam aliquid valeat. Deus O. M. faxit!

Dresdae Non. Octbr. MDCCCXLVIII.

www.libtool.com.cn

L I B A N I I

VITA DEMOSTHENIS.

www.libtool.com.cn

ΛΙΒΑΝΙΟΥ ΣΟΦΙΣΤΟΥ

ΥΠΟΘΕΣΕΙΣ

ΤΩΝ ΛΟΓΩΝ ΔΗΜΟΣΘΕΝΟΥΣ.

Pag.
Reisk.

1' **E**πειδὴ, κράτιστε ἀνθυπάτων Μόντιε, κατὰ τὸν Ὄμηρον 1
Ἀστεροπαιὸν περιδέξιος τὰ εἰς λόγους ὃν πρωτεύεις μὲν ἐν
τῇ Ῥωμαίων φωνῇ καὶ τῆς παρ’ ἐκείνοις παιδείας ὁμολο-
γουμένως τὸ πρεσβεῖον ἀνήροςαι, ἀμελεῖς δὲ οὐδὲ τῆς Ἐλ-

ΛΙΒΑΝΙΟΥ etc. hunc titulum habet ed. Dindf. 1846, reli-
quaes: Λιβανίου σοφιστοῦ πρὸς ἀνθυπάτων Μόντιον ἀξιώσαντα
αὐτὸν γράψαι τὸν τε Δημοσθένους βίον καὶ τὰς ἀπάντων τῶν
λόγων αὐτοῦ ὑποθέσεις.

Libanius (314—386 p. Chr.), Antiochiae natus, celeberrimus suae
aetatis rhetor et philosophus, Athenis, Constantinopoli, Nicaeae, Nico-
mediae et Antiochiae artem dicendi docuit idemque fuit græcæ erudi-
tissimus. Atqui ejus scribendi genus perspicuum quidem, sed exile et
jejunum est: saepe enim et verba et structuras minus usitatas adhi-
bet. Vld. praeter Harless. *Introduct. hist. ling. gr.* II, 1 p. 312 vitam
Lib. ab ipso conscriptam, quam Reiskius editioni opp. Lib. præfixit,
Westermann *Gesch. d. gr. Bereds.* I, p. 245 et 330. Schincke *gr. Lit.*
p. 555. Graesse *Allg. Litg.* I, 2 p. 1286 et *in primis Commentatt.*
de Lib. P. I—IV, quas edid. F. C. Petersen Hafn. 1827 et 28. —
Libanii libellus, μνημονεύματα continet, cfr. § 2. 9. 10.

§ 1. Proconsul *Montius*, quem Amm. Marc. XIV, 7, 12 quaestorem
dicit, quem a. 353 Antiochiae interfectus esset, luculenter patet,
hanc epistolam ante illud tempus scriptam fuisse. — *Asteropaeus*,
utraq[ue] magno exercitatus, in proverbi locum abierat. Cfr. Hom. II.

ληνικῆς, ἔτε καὶ ἐν αὐτῇ διὰ τὸ τῆς φύσεως μέγεθος ὑπερέχειν δυνάμενος, ἀλλὰ περὶ τε τοὺς ἄλλους διατρίβεις καὶ περὶ τὸν τελεώτατον τὸν Ἑλληνικῶν ὁγητόρων, τὸν Δημοσθένην, καὶ δὴ καὶ ἡβουλήθης τὰς ὑποθέσεις τῶν τούτου 2 λόγων ἀναγράψασθαι σοι: δεχόμεθα μὲν ἀσμενοι τὸ πρόσταγμα (ἴσμεν γὰρ ὅτι πλείω τὴν τιμὴν ἢ πόνον ἔχει), ἀρξόμεθα δὲ τὸν συντάγματος ἀπὸ τοῦ βίου τοῦ ὁγητορος, οὐχ ὅλον αὐτὸν διεξιόντες (περιττὸν γὰρ τοῦτο), ἀλλὰ τοσούτων 2 μνημονεύοντες, ὅσα δοκεῖ καὶ πρὸς κατάληψιν ἀκριβεστέραν τῶν λόγων συντελεῖν.

3 Δημοσθένει τοίνυν τῷ ὁγητῷ πατήρ ἦν Δημοσθένης, ἀνεπιληπτος τῷ γένει δοκῶν, ὡς καὶ Λοχίνης ἔχθρος ὢν

§ 1, 8. ἡβουλήθης, rel. edd. ἡβουλήθης. Vid. adnot.

XXI, 163, ubi Eustath. περιδέξιος explicat per ἀμφιδέξιος. H. Wolfius interpretatur: ambidexter. — τὰ εἰς λόγους refer ad litteras Romanas et Graecas, quarum statim mentio fit. Wolf. Interpr. in eloquentiae facultate. De usu praepos. εἰς vid. Xen. Cyr. VI, 4, 5 τὰ εἰς πόλεμον et Matth. Gr. § 578 c. — ἀνατρεῖσθαι πρεσβεῖον τῆς παιδείας, palmam obtinere doctrinae; ἡ παιδεία complectitur omne studiorum et disciplinae genus. — ἀτε — δυνάμενος, quippe qui possis propter ingenii praestantiam in litteris graecis excellere. — διατρίβειν περὶ τι, operam ponere in aliqua re. Isocr. I, 3 περὶ τὸ κράτοστον τῆς φιλοσοφίας διατρίβονται. Plenior structura est χρόνον s. βίον s. ψυχήν. Libanius περὶ similiter adhibuit infra § 10 et Arg. Cherson. § 3 m. ed. — ἡβουλήθης scripsi ex Aldina utraque cum H. Wolfio. Etenim quum hic scriptor plerumque huic verbo augm. temp. praefigat (vid. Voemelii Praefat. ad Dem. p. V), non probabilis est scriptura vulg. ἡβουλήθης. Idem statuit Schaeferus. Vid. Thom. M. p. 258 et Dem. V, 22, 23.

§ 2. πόνον ἔχει, tñ se habet laborem vid. ad Dem. II, 3. — σύνταγμα liber, in quo omnia suo describuntur ordine, Hesych. ἔν λόγου τάγμα. Vid. § 7 σύντελαι. Nostri Graeci publicam sūae civitatis rationēm σύνταγμα appellant. — σύντελεis de his dicitur, qui conferunt vētigālia, tum de rebus, quae utilitatem praebent, h. i. quae ad accuratam cognitionem pertinere videntur.

§ 3. Demosthenes, natus Ol. 98, 4. (384 a. Ch.). Alii eum dicunt Ol. 99, 4, alii anno intermedio natum esse; mortuus est Ol. 114, 3 (322) anno aet. 62. De vita Dem. vitaeque scriptoribus vid. Exc. I, § 1 et 2. — ἀνεπίληπτος, Plut. vit. Dem. c. 4. haec: ἡ τῶν καλῶν καὶ ἀγαθῶν ἀνδρῶν. Fuit domus Demosth. trierarchica (XXVII, 64. δὲ εὑδὲ οἶκος τριηραρχῶν εἰδισμένος) et nobilior Aeschine, nam illi

μαρτυρεῖ (εἰληπτικοῦν οὐτως αὐτοῖς φήμασι „τούτῳ πατήρ
ἡν Δημοσθένης ὁ Παιανεὺς, ἀνὴρ ἐλευθερος· οὐ γὰρ δεῖ
ψεύδεσθαι“), ἐργαστήριον δὲ οἰκετῶν μαχαιροποιῶν κεκτη-
μένος, ἐντεῦθεν τὴν τοῦ μαχαιροποιοῦ αλῆσιν ἔλαβε.
τὸ μέντοι μητρώον γένος τοῦ φίτορος οὐκ ἦν, ὡς φασι, 4
καθαρῶς Ἀττικὸν, Γύλωνος τοῦ πάππου τοῦ Δημοσθένους
φυγόντος μὲν ἐξ Ἀθηνῶν ἐπὶ προδοσίᾳ ἐγκλήματι, οἰκή-
σαντος δὲ περὶ τὸν Πόντον κάκει γυναικαὶ ἀγαγομένου Σκύ-
θιν τὸ γένος, ἐξ ἧς ἦν τοῦ Δημοσθένους ἡ μητῆρ Κλεο-
βούλη. εἰς τοῦτο γοῦν ἄλλοι τε λελοιδορήκασι καὶ Αἰσχί-

§ 3, 5. ψεύδεσθαι ex Aeschine cum Tur. et Dindf.,
ψεύσασθαι Bk. Voem. et Dindf. 1825. — §. 4, 4. ἀγα-
γομένου conjec. H. Wolfius, quem edd. sequuti sunt.
Vulg. ἀγομένου.

XVIII, 10 dicit: εἰ δὲ πολλῷ βελτίῳ ἔστε με τούτου (Αἰσχ.) καὶ ἐκ βελ-
τιόντων, ε quo loco, ad quem vid. Dissen Coron. p. 171, et sexcentis
aliis similatis utriusque appetet. — Aeschinis (389—314) verba legun-
tur III, 171 (in orat. c. Ctesiph. p. 561 ed. Reisk., p. 78, 13 Steph.) —
Παιανεύς, duplex pagus Paeaniensis in tribu Pandonia fuit, Ηαι-
ανια καθίπερθεν et ὑπένερθεν. De pagis a. demis Atticis vid. praeter
Leake Demen v. Att. v. Westermann L. 1840 et Ejusd. Topographie
Athens, v. Baiter u. Sauppe Zürich 1844. Ross die Demen v. Attika
in ihrer Vertheilung unter die Phylen, v. Meier. Halle 1846, Wachsmuth
Hell. Alterth. I, p. 544 ed. 2. scripta haec singularia: Groteweld de
demis Att. Gott. 1829 et Sauppe de demis Athen. urbanis. Weim.
1846. — ἐργαστήρος, Plut. c. 4 haec de patre: ἐπεκαλεῖτο μαχαι-
ροποιὸς ἐργαστήριον ἔχων μέγα καὶ δούλους τεχνίτας τοῦτο πράττοντας.
De fructu officinae vid. Dem. XXVII, 4—6, e quo ipso loco patet,
matrem Cleobulen in aedes patris 50 minas intulisse. Cf. Ranke in
Ersch u. Gruber Encyc. XXIV p. 61.

§ 4. Quae de matre refert Lib., mnuatus est ex Aeschin. l. c.,
qui narrat, Gylonem prodidisse Nymphaeum [urbem Tauricam] et fu-
gisse in Bosporum ibique Scythissam in matrimonium duxisse. Atqui
Plut. l. c. dubitat, an hoc verum sit. — ἐπὶ — ἐγκλήματι, propter
accusationem, cfr. § 9. ἐπὶ τοῖς λόγοις. Matth. Gr. gr. p. 859, et quae
notata sunt ad IV, 51. — Πόντος, ex Aeschine patet, intelligendum
Cimmerium Bosporum. vid. Steph. Byz. s. Πόντος p. 559. — εἰς
τοῦτο, praepos. εἰς utuntur Graeci, si qua res alicuius νόσῳ vertitur,
ita ut obtrectetur. Noster § 5 ἐσκόπητο εἰς μαλακιαν. Plut. Dem. 4.
εἰς τὸ σῶμα λέγεται σκωπόμενος. Thuc. VIII, 88. βουλόμενος αὐτὸν εἰς

νης, εἰπὼν ωἱεβάροι εἴηται Σκύθης, βάρβαρος ἐλληνίζων τῇ φονῆ. περὶ μὲν οὖν τοῦ γένους αὐτοῦ τοσαῦτα εἰρήσθω· ὅφενὸς δὲ καταλειφθεὶς ὑπὸ τοῦ πατρὸς κομιδῇ νέος ἦν μέν, ὡς φασιν, ἀσθενὴς τῷ σώματι καὶ νοσώδης, ὥστε μηδὲ εἰς παλαιστραν φοιτῆσαι, καθάπερ πάντες οἱ τῶν Ἀθηναίων παιᾶνες εἰώθεσαν· ὅθεν καὶ ἀνδρωθεὶς ὑπὸ τῶν ἔχθρῶν εἰς μαλακίαν ἐσκόπτετο καὶ Βάτταλος ἐπωνυμίαν ἔσχεν. ιστόρηται γάρ τινα Βάτταλον Ἐφέσιον αὐλητὴν γενέσθαι, ὃς πρώτος ὑποδήμασι γυναικείοις ἐπὶ τῆς σκηνῆς ἐχοίσατο καὶ μέλεσι κατεαγόσι, καὶ ὅλως τὴν τέχνην ἐμάλθαξεν· ἀπὸ τούτου δὲ τοὺς ἐκλύτους καὶ ἀνάνδρους Βάτταλονς ἐκάλοντο.

6 Λέγεται δὲ τὸν Δημοσθένην τὴν πολλὴν καὶ σφοδρὰν

§ 5, 6, 7 et 10. *Bάτταλον*] Βάτταλος *Bk. Tur. Voem.*
Dindf. 1825. Vid. adnot.

Ἀθηναῖον φιλιαν διαβάλλειν. Cf. Duk. ad h. l. Aeschines hanc rem commemorat III, 172 addens: ὅθεν καὶ τὴν πονηρίαν οὐκ ἐπιχώριός ἔστι.

§ 5. *κομιδῇ νέος*, egit enim annum septimum, quum pater decesseret, XXVII, 14. Plut. 4 et Pseudoplut., cuius verba init. libelli haec sunt: καταλειφθεὶς ὑπὸ τοῦ πατρὸς ἐτῶν ἐπτά. — ἀσθενὴς, Plutarchus l. c. haec: ἦν ἐξ ὁρχῆς κάτεχος καὶ νοσώδης. — ἀνδρωθεὶς, Suid. ἡδρωμένος explicat per ἡδημένος; est haec vox potissimum seriorum scriptorum. — εἰώθεσαν, cfr. Lucian. Anach. c. 11, Becker Charikles I, p. 309 sq. Krause Darstellung der Gymn. d. Hellenen. Halle 1835. — Βάτταλος Dem. dictus fuit vel a tibicine Ephesio (Wachsmuth H. A. II, 732) vel a nutrice spa propter quandam virum imbecillitatem, vel propter molliorem vestitum. Haec refert Pseudoplut. p. 847 (p. 79 ed. West.). Cf. Aeschin. II, 99 coll. I, 126, 131. Ipse Dem. XVIII, 180 adversarium hunc convicili illius auctorem accusat; vid. Dissen ad h. l. p. 349. Quo quidem loco quum Σ praebeat Βάτταλος, hanc scripturam cum Dindorfio Thes. Steph. II, 1 p. 186 probavi, assentiens Schaefero, qui (App. II, 251) nomen illud ad vitium pronunciationis (*Βάττος*) refert. Item Ranke l. l. p. 64. Plut. c. 4 et Suida s. v. testibus orator ob morosam et amaram indolem etiam *Argas* vocatus est. — μέλεα κατεαγάρνα carmina fracta i. e. carminum modi enervati. Suidas: κεκλασμένα, addens: αὐτη ἡ προθυμία ἐνίοις τῶν τὰ ὄτα κατεαγάρνα καὶ διεφθαρμένων τὰς διαροίας, τις κωμῳδίαν ἐτράπη καὶ γέλωτα πολὺν. Cfr. Hesych. s. v. Ἰανκόν.

~~διπλούσαντις τετράγωνον σχεῖν.~~ Καλλίστρατος ἦν Ἀθηναῖος ὁ πτωρ ἐνδοξος· οὗτος ἔμελλε δημοσίαν τινὰ δίκην ἀγωνίζεσθαι, φασίν, οἵμαι, τὴν περὶ Ὁρωποῦ. ὁ τοίνυν Δημοσθένης παῖς ὃν ἐδεῖτο τοῦ ἐφεστῶτος οἰκέτου συγχωρῆσαι παραβαλεῖν αὐτῷ τῇ δίκῃ· καὶ ὡς ἐπέτρεψεν. ἀκούσας δὲ οὕτω διετέθη, ὥστε ἀπὸ ἐκείνης τῆς ὥρας πάντα

§ 6, 6. αὐτῷ] αὐτῷ Turic. Vid. ad Dem. I, 5.

§ 6. *Ἐπὶ λόγους θρησκευτικούς* negligentius scripsit Libanius pro *Ἐπὶ τὸν τέλοντα*, nisi cum ed. Beck. Oxon. (nam a ceteris ejusd. edd. articulus abest) et Schaefero hunc inseras e cod. Bav.; certe in fine hujus §. legitur. — *Callistratus*, Callicratris filius, Aphidnaeus, facundissimus suae memoriae orator, in accusando praecipue acerbus, idemque dux fortissimus fuit. Dem. XVIII, 219. 297. Jam Aesch. II, 124 quum dicat hunc oratorem aquiparandum esse Leostheni, hujus nomen cum Demosthene confudit Voemelius in com. p. 9. Cfr. Ruhnken. in Reisk. Orr. VIII, 140. Boeckh Staatsh. I, 246. 448. Westermann Gesch. d. griech. Bereds. § 45, n. 17—19 et Wachsmuth H. A. I, 659. — *τὴν περὶ Ὁρωποῦ, publica causa* (*δίκη*, quam Plut. c. 5 *χρίσιν*) haec fuit. Oropus (nunc Ropo) oppidum fuit inter Tanagram et Atticam in ditione Attica situm (Thuc. II, 23), itaque saepe in controversiam vocatum, quae non prius cessabat, quam Philippus illud, Thebanis ademptum, Atheniensibus redderet. Pausan. I, 34, 1. Hoc tempore (Ol. 103, 3) Themiso et Theodorus, Eretrientes, collecta manu Oropum in suam vel potius Atheniensium redegerunt potestatem. Hi quum aliis turbis occupati oppidum per se obtinere non possent, auctoribus; ut videtur, Chabria et Callistrato Thebanorum fidei illud commiserunt, qui reddere solebant. Philostratus item illis viris intendit, qui jam causam (Oropicam) dicebant. Diod. Sic. XV, 76. Xen. Hell. VII, 4, 1; Aesch. III, 84. Dem. XVIII, 99. XXI, 64. Spalding ad Mid. p. 42 ed. Buttm. Winiewski com. hist. et chron. p. 27 sq. Utrum Libanio fides sit habenda, disputatur in Exc. I, § 2. — *ἐδεῖτο*, etenim audiverat inter magistros convenisse, ut propter oratoris facultatem et causae celebritatem judicio interessent. Plut. c. 5 cum Pseudoplut. init. *οἰκέτην* vocat *παιδάγωγον*. — *συγχ. παραβ. αὐτῷ*, ipsi concedere, ut adesset causae. Schaeferus *αὐτῷ post συγχ. collocari vult*, neque *injuria*. — *καὶ ὡς, τοῦ ille*. vid. Arg. or. de Cherson. § 2. *καὶ ὡς ἐπιστέλλει* cf. Herm. ad Vig. p. 706 sq. — *διατιθέτας, aliquem aliquo modo afficere*. Isocr. IV, 162. Cf. F. A. Wolf. ad Lept. p. 240 et Zunn. ad Vig. p. 300. Plut. I. c. tradit, Demosthenem tanta Callistrati, quem summis honoribus excipi videbat, admiratione fuisse affectum, ut, omnibus aliis rebus missis, se totum ad artem dicendi conferret. Idem Gellius N. A. III, 13. Amordan. XXX, 4.

νης, εἰπὼν ωδὴ τῷ Σκύθῃ, βάρβαρος ἐλληνίζων τῇ φωνῇ. περὶ μὲν οὖν τοῦ γένους αὐτοῦ τοσαῦτα εἰρήσθω· ὁρφανὸς δὲ καταλειφθεὶς ὑπὸ τοῦ πατρὸς κομιδῇ νέος ἦν μέν, ὡς φασιν, ἀσθενῆς τῷ σώματι καὶ νοσώδης, ὥστε μηδὲ εἰς παλαιότεραν φοιτῆσαι, καθάπερ πάντες οἱ τῶν Ἀθηναίων παιᾶς εἰώθεσαν· ὅθιν καὶ ἀνδρωθεὶς ὑπὸ τῶν ἔχθρῶν εἰς μαλακίαν ἐσκόπτετο καὶ Βάτταλος ἐπονυμίουν ἔσχεν. Ιστόρηται γάρ τινα Βάτταλον Ἐφέσιον αὐλητὴν γενέσθαι, ὃς πρώτος ὑποδήμασι γνωσκείσθη ἐπὶ τῆς σκηνῆς ἐχοίσατο καὶ μέλεσι κατεαγόσι, καὶ ὅλως τὴν τέχνην ἐμάλθαξεν· ἀπὸ τούτου δὲ τοὺς ἐκλίντους καὶ ἀνάνδρους Βάτταλους ἐκάλονται.

6 Λέγεται δὲ τὸν Δημοσθένην τὴν πολλὴν καὶ σφοδρὰν

§ 5, 6, 7 et 10. *Βάτταλον*] *Βάτταλος Bk. Tur. Voem. Dindf. 1825. Vid. adnot.*

Ἀθηναῖον φιλίαν διαβάλλειν. Cf. Duk. ad h. l. Aeschines hanc rem commemorat III, 172 addens: ὅθεν καὶ τὴν πονηρίαν οὐκ ἐπιχώριος ἔστι.

§ 5. *κομιδῇ* τέος, egit enim annum septimum, quum pater decederet, XXVII, 14. Plut. 4 et Pseudoplut., cuius verba init. libelli haec sunt: καταλειφθεὶς ὑπὸ τοῦ πατρὸς ἐτῶν ἑπτά. — ἀσθενῆς, Plutarchus l. c. haec: ἦν ἐξ ἀρχῆς κατέχονς καὶ νοσώδης. — ἀνδρεστίς, Suid. ἡ ἀρωμάτων explicat per ἡδεμένος; est haec vox potissimum seriorum scriptorum. — εἰώθεσαν, cfr. Lucian. Anach. c. 11, Becker Charikles I, p. 309 sq. Krause Darstellung der Gymn. d. Hellenen. Halle 1835. — *Βάτταλος* Dem. dictus fuit vel a tibicine Ephesio (Wachsmuth H. A. II, 732) vel a nutrice sua propter quendam virium imbecillitatem, vel propter molliorem vestitum. Haec refert Pseudoplut. p. 847 (p. 79 ed. West.). Cf. Aeschin. II, 99 coll. I, 126, 131. Ipse Dem. XVIII, 180 adversarium hunc conviciti illius auctorem accusat; vid. Dissen ad h. l. p. 349. Quo quidem loco quum Σ praebeat *Βάτταλος*, hanc scripturam cum Dindorfio Thes. Steph. II, 1 p. 186 probavi, assentiens Schaefero, qui (App. II, 251) nomen illud ad vitium pronunciationis (*Βάττος*) refert. Item Ranke l. l. p. 64. Plut. c. 4 et Suida s. v. testibus orator ob morosam et amaram indolem etiam *Argas* vocatus est. — μέλεα κατεαγότων καὶ διεφθαρμένων τὰς διανοίας, οὓς κωμῳδίαν ἐφάπη καὶ γέλωτα πολύν. Cfr. Hesych. s. v. Ἰωνικόν.

ἐπὶ λόγους ὄρμην ἐντεῦθεν σκεῖν. Καλλιστρατος ἦν Ἀθηναῖος ἥγτωρ ἔνδοξος· οὗτος ἔμελλε δημοσίαν τινὰ δίκην ἀγωνίζεσθαι, φασίν, οἵμαι, τὴν περὶ Ὡρωποῦ. ὁ τοίνυν Δημοσθένης παῖς ὃν ἐδεῖτο τοῦ ἐφεστῶτος οἰκέτου συγχωρῆσαι παραβαλεῖν ἀντῷ τῇ δίκῃ· καὶ ὡς ἐπέτρεψεν. ἀκούσας δὲ οὕτω διετέθη, ὥστε ἀπὸ ἐκείνης τῆς ὥρας πάντα

§ 6. 6. αὐτῷ] αὐτῷ Turic. Vid. ad Dem. I. 5.

§ 6. ἐπὶ λόγους Ὅρμην negligentius scripsit Libanius pro ἐπὶ τοὺς λόγους, nisi cum ed. Bekk. Oxon. (nam a ceteris ejusdem. edd. articulus abest) et Schaefero hunc inseras e cod. Bav.; certe in fine hujus §. legitur. — *Callistratus*, Callicratis filius, Aphidnaeus, facundissimus suae memoriae orator, in accusando praecipue acerbus, idemque dux fortissimus fuit. Dem. XVIII, 219. 297. Jam Aesch. II, 124 quum dicat hunc oratorem aequiparandum esse Leostheni, hujus nomen cum Demosthene confudit Voemelius in com. p. 9. Cfr. Ruhnken. in Reisk. Orr. VIII, 140. Boeckh Staatsh. I, 246. 448. Westermann Gesch. d. griech. Beredts. § 45, n. 17—19 et Wachsmuth H. A. I, 659. — τὴν περὶ Ὡρωποῦ, *publica causa* (*δίκη*, quam Plut. c. 5 *χρίσιν*) haec fuit. Oropus (nunc Ropo) oppidum fuit inter Tanagram et Atticam in ditione Attica situm (Thuc. II, 23), itaque saepe in controversiam vocatum, quae non prius cessabat, quam Philippus illud, Thebanis ademptum, Atheniensibus redideret. Pausan. I, 34, 1. Hoc tempore (Ol. 103, 3) Themiso et Theodorus, Eretrienses, collecta manu Oropum in suam vel potius Atheniensium redegerunt potestatem. Hi quum aliis turbis occupati oppidum per se obtinere non possent, auctoribus; ut videtur, Chabria et Callistrato Thebanorum fidei illud commisserunt, qui reddere nolebant. Philostratus item illis viris intendit, qui jam causam (Oropicam) dicebant. Diod. Sic. XV, 76. Xen. Hell. VII, 4, 1; Aesch. III, 84. Dem. XVIII, 99. XXI, 64. Spalding ad Mid. p. 42 ed. Buttm. Winiewski com. hist. et chron. p. 27 sq. Utrum Libanio fides sit habenda, disputatur in Exc. I, § 2. — ἐδεῖτο, etenim audiverat inter magistros convenisse, ut propter oratoris facultatem et causae celebritatem judicio interessent. Plut. c. 5 cum Pseudoplut. init. οἰκέτην vocat παιδάγωγον. — συγχ. παραβ. αὐτῷ, ipsi concedere, ut adesset causae. Schaeferus αὐτῷ post συγχ. collocari vult, neque injuria. — καὶ ὅς, tum ille. vid. Arg. or. de Cherson. § 2. καὶ ὅς ἐπιστέλλει cf. Herm. ad Vig. p. 706 sq. — διατιθέται, aliquem aliquo modo afficere. Isocr. IV, 162. Cf. F. A. Wolf. ad Lept. p. 240 et Zeun. ad Vig. p. 300. Plut. l. c. tradit, Demosthenem tanta Callistrati, quem summis honoribus excipi videbat, admiratione fuisse affectum, ut, omnibus aliis rebus missis, se totum ad artem dicendi conferret. Idem Gellius N. A. III, 13. Annian. XXX, 4.

7 πάρεργαν ποδός λόγους θέσθαι. διδασκάλῳ δὲ χρησάμενος Ἰσαίῳ μάλα δεινῷ ὄχτορι, εἰς ἄνδρας ἐγγραφεῖς εὐθὺς ἀγῶνα κατὰ τῶν ἐπιρόπων ἐνεστήσατο, κακῶς διερκήστων τὴν οὐσίαν αὐτοῦ. καὶ εὗλε μὲν αὐτούς· οὐ μὴν ἡδυνῆθη πάντα ἀπολαβεῖν ὥστα ἀπολαλέκει. τοὺς δὲ λόγους τοὺς ἐπιροπικοὺς εἶσιν οἱ φασιν Ἰσαίου καὶ οὐ Δημοσθέ-

§ 7. 5. ἀπολωλέκει *dedi e conj.* Bekkeri *ex ejus edd.*
1816. 25. 35. *cum Tur. et Dindf.*, *qui 1825 cum Bekk.*
1824 *vulg.* ἀπολώλεκε *retinuerat; eandem Voem.*

§ 7. Ἰσαίῳ. Isaëus floruit 420—356. a. Chr. Westerm. G. d. g. B. § 51. Restant XI orationes, quas Schoemann edid. Gryph. 1831. Vid. Dionys. Hal. „de Isaeo“ (Opp. T. V. ed. R.), qui o. 3. dicit: „ἡ Ἰσαίου λέξις καθαρὰ μὲν καὶ ἀκριβῆς καὶ σαφῆς, κυρίᾳ τε καὶ ἴντρηγῆς καὶ σύντομος· πρὸς δὲ τούτοις πιθανή τε καὶ πρέπουσα τοῖς ὑπομεμένοις.“ Paullo infra: „πηγὴ τις ὄντως δεσπὸτὴ τῆς Δημοσθένους δυνάμεως.“ Pseudopl. p. 844 C (p. 69. West.) dicit quatuor annos Demosthenem hac disciplina usum fuisse. Vid. § 8. ibique notata. — De ceteris Oratoris praceptoribus cfr. Suid. s. Δημ., Plut. c. 5. Voemel. p. 12. Ranke I. I. p. 66. Westermann in Pauly Real-Enc. II p. 969. — εἰς ἄνδρας ἐγγρ., solebant juvenes Athenienses XVIII annos nati in album civium (ἀηδιαρχικὸν γραμματεῖον) recipi (ἐγγράφεσθαι). Vid. Enc. I § 2. — ἀγῶνα — ἐνεστήσατο, *litem instituit*. Dem. XVIII, 4 dicit: ὁ τοιοῦτον ὄγκων ἐνεστήσαμενος. Lycurg. § 31. Tuteres a patre praescritti erant Aphobus, Demophon, Therippides: qui quam XIV talenta tractassent, post decennem curam LXX minas Demostheni reddiderunt; quare hic actionem X talentorum illis scripsit. Cfr. Dem. XXVII, 15. 16. XXX, 6. Westermann de litibus, quas Dem. oravit. Lips. 1834 egit de *life tutoria* p. 5—18. Idem in Pauly Real-Enc. II, 959. Voemel über die Vormundschaftsrechnung des Dem. im Rhein. Mus. III, 3 p. 434 sqq. Tutelam ad proximos cognatos pertinuisse docent Schoemann ad Isae. p. 180 et Wachsmath II, 130. Cfr. Schmeisser de re tutelari Atheniensium. Friburg. 1829. — ἀπολωλέκει, Aphobus damnatus quam nihil aequi facere posset, Dem. in possessionem bonorum ejus venit, sed amissa non recuperaverat. — λόγους, *tutoriae* orationes extant tres in Aphobum (secundum numeros XXVII. XXVIII. XXIX) et duas in Onetorem (XXX. XXXI): hic enim, cuius soror Aphobo nupta fuerat, Demosthenem e fundo vi ejecit. Has duas Oratoris nostri esse negat Boeckh Staatsh. II, 417. Vid. A. G. Becker Dem. als Staatam. u. Redner p. 415 sqq. Principem illae quinque orationes tenent locum adnotatioe illustratæ in Dem. Orr.

νους εἶναι, διὰ τῆς ἡλικίαν τοῦ ὁγεούς ἀπιστοῦντες (όπως καίδεκα γάρ ἐτῶν ἦν, ὅτε πρὸς τούτους ἤγωνίζετο) καὶ ὅτι δοκοῦσιν οἱ λόγοι τὸ τοῦ Ἰσαίου πως ἐπιφαίνειν εῖδος. ἔτεροι δὲ νομίζουσι συντετάχθαι μὲν ὑπὸ Δημοσθένους, διωρθῶσθαι δὲ ὑπὸ τοῦ Ἰσαίου. οὐδὲν δὲ θαυμαστὸν, εἰ ὁ 8 Δημοσθένης ἡδύνατο μὲν καὶ ἐκείνης τῆς ἡλικίας συγγράφειν τοιούτους λόγους (ή γαρ ὑστερον ὑπεροχὴ καὶ τοῦτο πιστοῦται), ἀπὸ δὲ νεαρᾶς ἔτι τῆς ἀσκήσεως τῆς ὑπὸ τῷ διδασκάλῳ τὸν ἕκείνου χερακτῆρα πολλαχῇ μεμίμηται. μετὰ μέντοι τούτους τοὺς ἀγώνας βραχὺ τῇ ἡλικίᾳ προέλθων σοφιστεύειν ἐνεχείρησεν, εἴτα ἀπαλλαγεὶς τούτου συνηγόρησεν ἐν δικαστηρίῳ. τούτοις δὲ ὥσπερ γυμνασίοις

§ 7, 10. διωρθῶσθαι conj. H. Wolfius, quem omnes
edd. sequuti sunt. Vulg. διωρθῶσθαι. — § 8, 2. καὶ
cum Dindf., qui 1825, ut ceteri edd., cum vulg. καὶ
ἀπ' scripsérat.

sel. ed. Bremi. Goth. 1829. — δικτυακαὶ δεκταὶ, Ol. 104, 1; recte, si quidem Dem. Ol. 99, 4 natus fuit, sin minus, Libanius in errorem se inducit passus est, quem ne Quintilian (I, 6, 1) quidem verba tollunt dicentia, Demosthenem puerum admodum pupillares actiones habuisse. Vid. Exc. I, § 2. — διορθῶσθαι de scriptis in meliorem formam redactis et correctis dicitur. Plut. Alex. c. 8. Alcib. c. 7.

§ 8. θαυμαστὸν, εἰ, non solum θαυμαῖα construitur sequente εἰ (Matth. § 608. Rost § 180. n. 2), sed omnino ea verba, quae eum animi affectum exprimunt, ex quo aliquid fiat aut factum sit, quod nōn exspectaveris aut optaveris, ut ἀγανακτέοντι Plat. Crit. 1. πλημμελές εἴη ἀγανακτεῖν, εἰ δει τελεντά. — καὶ ἐκείνης i. e. καὶ ἐπ' ἐκ. iam illo tempore. Ante Dindorium etiam Sauppius ἐπ' pro ἀπ' conjecterat. — η̄ υστερον ὑπεροχὴ, excellentia qua postea floruit. Vig. p. 376 a. — ἀπὸ τῆς νεαρῆς ἀσκῆς, propter recentem exercitationem, vid. Matth. Gr. II, p. 1130. — μεμίμηται, cfr. Dionysii verba de Isaeo supra allata et Schoemann ad Isae. p. 381 et 385. Neque hoc praetermittendum, quod hic orator potissimum in re hereditaria versatus fuerit, ita ut maxime orr. tutoriae speciem referant Isaei. — σοφιστεύειν, artem discendi docere. Plut. Dem. c. 24 fin. Suidas dicit, Demosthenem instituto renuntiasse propter calumniam de Moschi filio, nobili adolescente, ortam. Ceterum ex narratione Libanius conjicio, illud munus pertinere ad Olymp. CV. — συντηγορεῖν, causas agere, Dem. II, 18. Erat enim τῶν συνηγόρων, alias defendere hisque in loco iudicii adcaese (ἐν δικαστηρίῳ). Meier u. Schoemann Att. Prec. p. 142. 708,

www.libeoc.com.gr χρησάμενος ἐπὶ τῷ δημαγωγεῖν καὶ τὰ τῆς πόλεως πρόσττειν ἥλθεν.

9 Ἐτι κάκείνων μνημονευτέον, ὅτι τραυλὸς μὲν ἦν τὴν γλώτταν ἐκ φύσεως, τὸ δὲ πνεῦμα ἀτονώτερος· ἐξ ὧν ἀμφοτέρων συνέβαινε φαυλοτάτην αὐτὸν τὴν ὑπόκρισιν παρεχόμενον οὐκ εὐδοκιμεῖν τὸ κατ' ἀρχὰς ἐπὶ τοῖς λόγοις. διὸ καὶ πρὸς τὸν ἔρωτήσαντα. „τί ἐστὶ ὁγτορική;“ ἀπεκρίνατο ὅτι „ὑπόκρισις“, δυσχεραίνων ὅτι διὰ ταύτην τῶν χειρόνων ἥττων ἐφαίνετο. ἀλλὰ καὶ ταῦτα μελέτη κατώρθωσε καὶ ὅσα ἄλλα αὐτῷ πρὸς δημαγωγίαν ἵππην ἐλαττώματα. καὶ γὰρ δειλὸς ἦν τὸ πρῶτον πρὸς τοὺς τοῦ δῆμου θορύβους

Schoem. de com. Ath. p. 108 et antiq. publ. jur. Graec. p. 268. — γνηνασίοις ad ipsam rationem, qua vires exercentur, Liban. refert ut Xen. Oec. 10, 11: ἀγαθὸν γυμνάσιον καὶ τὸ δένσα καὶ τὸ μάξα.

§ 9. τραυλὸς ἦν τὴν γλώτταν, *balbutiebat lingua*. Plut. c. 6 haec: ἦν τις καὶ φωνῆς ἀσθένεια καὶ γλώττης ἀσφεια καὶ πνεύματος κολοβότης. Vid. Ranke I. I. p. 70. Ad rem cfr. Cicer. Brut. 91. „erat eo tempore in nobis summa gracilitas et infirmitas corporis, procerum et tenue collum: qui habitus et quae figura non procul abesse videtur a vitae periculo“. — ὅτι in initio orationis directae. Plat. Apol. S. p. 21 C. Men. p. 74 D. 75 A. Dem. VIII, 31. Vig. p. 548. — ὑπόκρισις non solum significat *gestum histrionis*, sed etiam *actionem oratoris*. vid. Ernest. lexic. gr. rhet. s. h. v. — ἐπὶ τοῖς λόγοις, male audiebat *ob dicendum*. ἐπὶ, ut ἐπὶ προδοσίας ἐγκλήματι supra § 4. Plut. c. 7 narrat, Demosthenem iniquo concionum suarum successu vehementer dolentem ab histrione quodam Satyro erectum et maxime *actionem edoctum* fuisse. Hinc dicit Dionys. d. adm. vi Dem. c. 53: „ταύτης δή φημι τῆς ἀρετῆς (τῆς ὑπόκρισεως) πάντα δεῖν τοῖς ἐπαγγείοις λόγοις, εἰ μέλλοντον ἔξειν παλὶ τὸ ἀληθινὸν καὶ ἔμψυχον, ἃς πλειστηρῶσπερ καὶ τῶν ὄλλων πρόσοντας ἔχοντες ὁ ἀνήρ. Cicer. Orat. c. 17. „non sine causa Demosthenes tribuit et primas et secundas et tertias *actioni*.“ Quintil. XI, 3, 6. Jenisch Parall. d. Dem. u. Cic. p. 115 sqq. — ἥττων ἐφαίνετο, nam Plut. c. 6 refert: κατεγελάτῳ δὲ ἀγέθειαν τοῦ λόγου. — κατώρθωσε Demosth. indefesso et summo cum studio elaboravit in vitiis emendandis: Plut. c. 11. Lucian. encom. Dem. c. 13. Cic. d. Or. I, 61. Val. Max. VIII, 7. Ipse orator XXI, 191: ἐπεκμένα καὶ παρεπικενασμένα πάντα λέγω. Per ἐλαττώματα intelliguntur *incommoda ex defectu aliquo orta*. Plut. c. 11. similiter haec: τοῖς δὲ σωματινοῖς ἐλαττώμασι τοαύτην ἐπῆγεν ἄσκησις. — δειλὸς πρὸς τοὺς — θορύβους νοεστούς, qui veretur, ut plebis tumultus sustineat. Demosth. XIX, 206. di-

καὶ εὐκαταπληκτος, ὡστε εὐθὺς ἔξιστασθαι. διὰ δὲ τοῦτο
φασιν αὐτὸν ἀνεμον ὁργαῖον τηροῦντα καὶ κινουμένην
σφροδρῶς τὴν θάλατταν, παρὰ τοὺς αλγιαλοὺς βαδίζοντας
λέγειν, καὶ τῷ τῆς θαλάττης ἥχῳ συνεθίζεσθαι φέρειν τὰς
τοῦ δήμου καταβοάς. μημονεύονται δὲ αὐτοῦ καὶ οἰκή- 10
σεις κατάγειοι καὶ ἔνδοσεις ἀπρεπεῖς, ἵνα δὶ αἰσχύνην μὴ
προτοι τον τῆς οἰκίας δωματίου, καὶ ὡς οὐδὲ τὰς νύκτας
ἐκάθιδεν, ἀλλὰ διεπονεῖτο πρὸς τρόπον περὶ λόγους, ὅπερ
καὶ Πυθέας σκώπτων ἔφη τοὺς λόγους τοῦ Δημοσθένους
λύχνων ἀπόξενον. πρὸς ὃν ὁ Δημοσθένης ἀστείως ἄμα καὶ
πικρῶς „οἶδα,“ εἶπεν, „ὅτι σε λυπῶ λύχνον καίων.“ διεβέ-
βλητο γὰρ ὡς λωποδυτῶν νύκτωρ ὁ Πυθέας. καὶ μήτρ ὅτι 11

cit: τίνα δ' ἄτολμον καὶ δειλὸν πρὸς τοὺς ὄχλους ταῖς εἶναι, ἐγὼ δὲ
εὐλαβῆ; Εἰμι. — ἔξιστασθαι, perculsum discedere. Hesych. κατα-
πλήττεσθαι. — ὁργαῖος plerumque ad ventos et imbres transfertur,
vid. Suid. s. v. — θάλατταν, comma post h. v. olim a me scriptum
explanare ceteri edd., Dindf. nuper restituit. — καταβοάς, „ vox a
Thuc. usurpata, sed a Dion. Hal. (VI, 794) inter γλωσσηματικὰ καὶ ἀπη-
χασιμένα relata. Haec glossematica tantopere placuerunt posteriorum
Sophistis temporum, ut illis tanquam gemmis orationem suam distingue-
rent“ Schaeff. Vid. Quintil. X, 3, 30. Cic. Fin. V, 2, 5.

§ 10. Quae de subterraneo habitaculo et tonsione dicit, ea nar-
rat Plut. c. 7, dubitat Ranke I. I. — ἴνα — δωματίου, optativ.
(προτοι) ponitur, quoniam in enunciatione praecedente inest ratio tem-
poris praeteriti: dicitur sub terra *habitasse*. Xen. Anab. I, 10, 18. II,
3, 13. Herm. ad Vig. 850. Herodi. 1, 17. ἴνα δὴ παιᾶντις ἔχοι, πρόσεστ
τον οἴκον: quo quidem loco etiam usus genit. cum προένται confirmatur.
— πρὸς τὸν, ad lucernam. πρὸς de tempore. Xen. Hell. V, 1,
9. ναυμαχίας δὲ πρὸς σελήνη γενομένης. — Πυθέας,
popularitatis simulator, homo impurae et libidinosae vitae fuit. De-
mosth. in ep. III. p. 1481, 14. (ed. Reisk., T. II p. 642, 30^{ed. Bekk.)}
eum vocat τὸν μέχρι τῆς παρόδου δημοτικὸν, μετὰ ταῦτα δὲ ἔτοιμον εἰς
τὰ καθ' ὑμῶν πάντα. Plut. Phoc. c. 21. Πυθέας λάλος καὶ θρασύς. Cfr.
Ruhnk. ad Rutil. L. p. 40. Omnitio Liban. h. I duas narrationes con-
fudit, quas habet Plut. Dem. c. 8 et 11. Etenim illic refert, Pytheam
dixisse: ἐλλυχίων δὲν αὐτοῦ (Δημοσθ.) τὰ ἐνθυμήματα, altero autem
loco Chalco cuidam furi lucubrations Demosthenis aegre ferenti re-
spondet hic: „οἶδα ὅτι σε λυπῶ λύχνον καίων.“ — ὡς λωποδυτῶ,
ὡς adjunctum participiis indicat, rem illam, quae describitur, ita ab-
aliis fuisse mente conceptam, ut ex participio intelligitur. Plat. Crit.
c. 4. οἱ συκοφάνται ἡμέν πράγματα παρέχουσιν ὡς σε ἐνθένδε ἐκκλέψουσιν.

γε ὑδωρ ἐπείδενε πίνειν, ἵνα ἐγοηγορῦνταν μᾶλλον παρέκηται τὴν διάνοιαν, ἀπασιν ὠμολόγηται· παρειλήφαμεν δὲ καὶ κεῖνο, ὃς καὶ ξύρος ποτὲ ἐκ τῆς ὄροφῆς ἀπήρτησε καὶ ιστάμενος ὑπὸ τούτῳ ἔλεγεν. ἐποίει δὲ τούτο δι' αἰτίαν τουτην: ἐν τῷ λέγειν ἀπρεπῶς τὸν ὕμον εἰώθει κινεῖν· ὑπερεπέμψασεν οὖν τοῦ ὕμον τὸ ξύρος ἐν χρῷ, καὶ οὕτω τῷ δέσι τῆς πληγῆς ἡδινήθη κατασκεῦν ἐστὸν ἐπὶ τοῦ πρέποντος σχῆματος.

12 Ἀναγκαῖον δὲ διηγήσασθαι καὶ ὅπως εἶχε τὰ τε τῶν Ἑλλήνων καὶ τὰ τῶν Ἀθηναίων πράγματα, ὅτε ἐπὶ τῷ δημαρχωγεῖν ἥλθε Δημοσθένης. Θηβαῖοι Λακεδαιμονίους ἀρχοντας τῶν Ἑλλήνων καὶ μεγίστην δύναμιν ἔχοντας ἐν

§ 11, 2. ὅτι γε e conject. Schaeferi, quem omnes edd. sequuntur sunt praeter Bekkerum, qui cum vulg. ὅτι τε scripsit. — 8. ἡ δυνὴ θη βοη Voem. et Dindf., quorum hic 1825 et ille 1829 dederant, quod Bekk. et Tur. retinuerunt, ἐδυνήθη, vid. § 7.

adde Demosth. IV, 13 ὡς ἐγγονότων etc. Viger. p. 559. et Herm. p. 852. λαποδυτῶν quid sit, fusius expositum ad IV, 47.

§ 11. καὶ μὴν transitum parat priora asseverantis. Hoogeve. de partic. p. 398. Ast ad vers. germ. Plat. Coaviv. p. 279 et Voemel. ad h. l. Dem. VI, 30 haec: οὐκ εἴων προέσθια Πύλας οὐδὲ Φωκᾶς, λεγοντας ὡς ἐγὼ ὑδωρ πίνων δύσκολος καὶ δίστροπός εἴμι τις ἄνθρωπος. In hac rem narrat Lucian. Demadēm dixisse: ὡς οἱ μέν ἄλλοι πρὸς ὑδωρ λέγοισι, τὸν Δημοσθένην δὲ πρὸς ὑδωρ γράφειν. — ἵνα — παρέχηται, conjunct. post tempus praeteritum ponitur, si res non talis describitur, quae fieri possit, sed quae vere fiat. cf. Matth. Gr. gr. § 518. Poppe ad Thuc. I, 1 p. 141, nisi quis nostrum scriptorem minus acerratum dicat in temporum ordine sese excipientium servando. VId. Arg. Olynth. I, 5 ἵνα δὲ μὴ δοκῶσι etc. — ἐκ τῆς ὁροφῆς, ὄροφη tectum intra parietes inclusum. Poll. I, 80. τὸ ὑπὲρ τὴν κεφαλὴν ὄροφη καλεῖται. Pseudopl. p. 844 (p. 71 West.) haec narrat: λέγοντες δὲ αὐτὸν τὸν ὕμον ἐν τῷ μελετῶν κινούντα ἀπρεπῶς καταπαύσας παραπτήσαντα ὀβελισκον ἡ ὥς τινες ξιφίδιον ἐκ τῆς ὄροφῆς. — ἐν χρῷ, ut extremam cutem attingeret. Vid. Orvill. ad Char. p. 418.

§ 12. τὰ τε τῶν Ἑλλήνων καὶ, haec verba neque apud Wolf. neque apud Augerium leguntur; neuter omissionis rationem reddidit: a Codd. et cett. edd. non absunt. — ὅτε ἐπὶ τὸ δημο, accessit Demosth. ad rempubl. Olymp. VI, 2 (355 a. Chr.); hujus anni est oratio in Andronitionem et Leptinem, vid. Plutarch. c. 14. — ἀρχοντας,

www.libtool.com.cn

Λεύκτροις τῆς Βοιωτίας μάχην νικήσαντες αὐτὸν προῆλθον εἰς ἵσχυν, καὶ μετ' ὀλίγον πρὸς Φωκέας πόλεμον ἐξήνεγκαν. Ἰσαν δὲ οἱ Φωκεῖς ἔθνος ὅμορον τῇ Βοιωτίᾳ, πόλεις ἔχον 5 δύο καὶ εἴκοσιν. οὗτοι καταλαβόντες τὸν τοῦ Πυθίου ναὸν, πλησίον ὄνται, ἐσύλησαν ἀνδρὸν τούτῳ καὶ οἱ Θηβαῖοι πόλεμον ἐξήνεγκαν πρὸς αὐτούς. ἐπολέμουν δὲ καὶ Ἀθηναῖοι τὸν 13 συμμαχικὸν κληθέντα πόλεμον. Χιοὶ γὰρ καὶ Ρόδιοι καὶ Βιζαντῖοι πάλαι ποτὲ ὄντες ὑπῆκοοι Ἀθηναίοι, τότε μετ' ἀλλήλων συστάντες καὶ συμμαχίαν ποιησάμενοι πρὸς αὐτοὺς ἐπολέμουν. καὶ οὕτω μὲν ἡ Ἑλλὰς εἰς πόλλες μέρη διῆργοτο, Ἀθηναίοι πολεμούντων πρὸς τοὺς προσιρημένους, καὶ Θηβαίοι πρὸς Φωκέας, καὶ Λακεδαιμονίων πρὸς Πελοποννη-

§ 12, 5. *προῆλθον e margine ed. Paris. (1570) cum Schaefero et Tur. recepi. Bekk. Voem. Dindf. vulg. προῆλθον. — 7. Βοιωτίᾳ ex ead. marg. cum Tur. et Dindf., qui 1825, ut Bekk. et Voem., vulg. Εὐβοϊᾳ retinuerat. Cfr. adn. Popponis ad Thuc. VIII, 96. Similiter Plut. Sol. c. 13 male legi Εὐβοιαν dudum interpp. viderunt alius aliud conjientes.*

de principatu Lacedaemoniorum, quem bello Peloponni. finito obtinebant, vid. Clinton F. A. p. 266. — ἐν Λεύκτρος, praepl. ἐπι ad viciniam referri docet Baiter ad Isocr. Paneg. § 91. — αὐτοὶ opponuntur Thebani Lacedaemoniis potentia fiorentibus. Herm. ad Vig. p. 733. Lect. vulg. αὐτὸν soloeca est. — προῆλθον, cfr. Arg. Olynth. I, 1 et pro Megapol. p. 202, 12 Reisk.: εἰς ἵσχυν προειθόντας, quo ipso loco paullo ante προσώπες εἰς δύναμεν. — μετ' ὀλίγον, minus diligenter scripsit Libanius, nam pugna Leuctrensis pertinet ad Ol. 102, 2 (371), Phocense autem bellum ab Ol. 106, 2 ad 108, 3 (365—346) a Thebanis, Locrensisbus, Thessalis aliquique gestum est. Vid. Dem. III, 8 ibid. dicta. De viginti duabus urbibus exponit Dem. XIX, 123.

§ 13. ἐπολέμονν, bellum sociale inde exortum est, quod cum ceteri Atheniensium duces, tum Chares (de quo vid. ad Dem. II, 28) bellum illaturus Pheraeis socios gravi jugo jam pressos offenderat. Diod. Sic. XV, 93. Itaque Chil aliique extiterunt ejus rei vindictam sumturi. Dem. XV, 3 dicit: οὐνέστησαν ἐφ' ἡμᾶς πόλεμον τοτοὶ. Diod. Sic. XVI, 22. Bellum initum (dissuadente Isocr. VIII, 16) Ol. 105, 2 (359), finitum ejusd. Ol. 4 et pax composita est Ol. 106, 1 (358), quum rumor ad Athenienses perlatus esset, Persas defectoriis CCC navium subsidia misisse. Vid. Wolf. Proll. ad Lept. p. LVII, n. 31 et Winiewski p. 34. — Λακεδαιμονίων, Lacedaemonii Arc-

14 στον^ς κατὰ δὲ τούτων τὸν καιρὸν Φίλιππος ὁ Ἀμύντου παῖς εἰς τὴν Μακεδόναν βασιλείαν παρῆλθεν· Ἀμύντα γὰρ τῷ Μακεδονίᾳς βασιλεῖ τρεῖς ἐγένοντο παῖδες ἐξ Εὐρυδίκης τῆς Ἰλλυρίδος, Ἀλέξανδρος, Περδίκκας, Φίλιππος. τούτων ὁ μὲν πρεσβύτατος Ἀλέξανδρος δολοφονηθεὶς ἀτελεύτησεν, ὁ δὲ Περδίκκας πρὸς Ἰλλυριοὺς μαχόμενος Φίλιππος δὲ ὁ νεώτερος ἀτύχησε μὲν ἐν Θήραις ὅμηρον, ὡς δὲ ἐπύθετο τον Περδίκκου θάνατον, ὑπεξελθὼν λάθρῳ καὶ ὀξεῶς εἰς Μακεδονίαν ἀφικόμενος κατέσχε τὴν ἀρχήν. Ἀθηναῖοι δὲ ἄρα ἔτερον τινα, γένους μὲν ὅντα βασιλικοῦ, φυγάδα δὲ ἐκ Μακεδονίας, ἐπὶ βασιλείαν κατήγον μετὰ πολλοῦ πλήθους

§ 14, 5. πρεσβύτατος ε conj. Schaeferi cum Tur. et Dindf. Hic 1825, Bekk. et Voem. vulg. πρεσβύτερος tuisti sunt. Vid. Bast Palaeog. p. 790 et Herm. ad Vig. p. 717 sq.

dibus et Messeniis, quos Megalopolitani in auxilium vocaverant, bellum intulerunt. Diod. S. XVI, 34. Dem. XVI, 4 contendit Λακεδαιμονίους, εἰ ποιήσονται Ἀρκαδίαν ὑφ' ἑαυτοῖς καὶ Μεγάλην πολιν αἰρήσουσι, πάλιν ἴσχυρος γενήσεσθαι.

§ 14. Amyntas II. rex Macedoniae fuit ab anno 394 usque ad 370, vid. Clinton F. A. p. 240 et Flathe Gesch. Macedon. I. p. 34, qui haec: die Zeit der Herrschaft Amyntas des Zweiten ist so lang als stürmbewegt, unter den Griechen sowohl als auch in Macedonien. — εἰς βασιλ. παρῆλθ. rex factus est, cfr. Demosth. IX, 24. Λακεδαιμονίους παρέλθοντι εἰς τὴν δυναστείαν τὴν αὐτήν — ἀπαντεῖς εἰς πόλεμον κατέστηπαν. Philippus regnum obtinuit a. 359—336 a. C. — τούτων ὁ μὲν, Alexander, 370—368, necatus a Ptolemaeo Alorita. vid. Diod. Sic. XV, 71, qui dicit: τούτον ὁ Πτολεμαῖος ὁ Ἀλωρίτης δολοφονῆσας παρέλαβε τὴν βασιλείαν. Aesch. II, 29 haec: ὃς (Πτολεμ.) ἦν ἐπίτροπος καθεστηκοὶ τῶν πραγμάτων. Hunc (368—364) Perdiccas matre Eurydice adjuvante, de qua vid. Iustin. VII, 4, e medio sustulit, qui et ipse in proelio contra Illyrios cecidit 359. Cfr. Diod. Sic. XVI, 2. Flathe Gesch. Mac. I p. 40. — De ipso Philippo exposui in Excurs. II.

§ 15. ἄρα ἔτερον, „Atticistae vix dici potest quantopere partic. ἄρα delectentur“ Schaefer. Per ἔτερον intelligendus est Argaeus quidam (Voemel. p. 53 ε numia Argeus scribi vult), cui Athenienses favebant. Diod. S. XVI, 3 haec: θεωρῶν τοὺς Ἀθηναῖους ὑπέρ τοῦ τὴν Ἀμφίπολιν ἀνατήσασθαι τὴν πᾶσαν φιλοτιμίαν εἰσφερομένους καὶ διὰ τούτο κατάγοντας τὸν Ἀργαῖον ἐπὶ τὴν βασιλείαν, ἐκουνέας ἐξεχώρησε τῆς

www.libtool.com.cn
 στρατιωτῶν. τούτοις ο Φίλιππος ἐπιθέμενος ἐπίκησε μάχην· καὶ ὅσους συνδιαβεν αἰχμαλώτους τῶν Ἀθηναίων, ἀφῆκεν ἄνευ λύτρων, οὐ κατ' εὑνοιαν τῆς πόλεως οὐδὲ δι' ἐπιεκτειναν τρόπου.

ΠΕΡΙ ΤΩΝ ΜΕΡΩΝ ΤΗΣ ΡΙΤΟΡΙΚΗΣ.

6 Τῆς φητορικῆς μέρη τρία: ἐπιδεικτικὸν, δικαινικὸν, συμβουλευτικὸν. τοῖν μὲν οὖν ἀκρός ἀγωνιστῆς γέγονε, τοῦ τε δικαινικοῦ καὶ τοῦ συμβουλευτικοῦ· ἐπιδεικτικοὺς δὲ οὐκ εἶχομεν αὐτοῦ λόγους. τοὺς γάρ φερομένους οὐ πιστεύ-

§ 16, 1. δικαινικὸν, συμβονι. cum Dindf. et Tur., nisi quod hī ordine inverso, Dindf. autem 1825, Bekk. et Voem. συμβ. καὶ δικ.— 3. τοῦ συμβ. cum Dindf., qui 1825, ut rel. edd., artic. omiserat.

πόλεως ἀφείς αὐτὴν αὐτόνομον. Vid. Wessel. ad h. l. et Flathe l. c. p. 49. — ἐπιθέμενος i. e. aggressus ex insidiis. Herodot. VIII, 27. νυκτὸς ἐπεθήκατο (ὁ Τελλίης) τοῖς Θεσσαλοῖσι. Cf. I, 27. Phavor. explicat per ἐνεδρεύσας. Quanquam Diод. S. l. l nullarum facit insidiarum mentionem, tamen Justin. VII, 6. dicit: Primum illi cum Atheniensibus certamen fuit: quibus per insidias victis, incolumes sine pretio dimisit. Quid quidem Diод. ita expressit: ὑποσπόνδους ἀφῆκεν, a. 359. — ἐπιεικεῖα τρόπον, ἀντρούς facilitas. Una Phill. misit litteras, quibus se veteris amicitiae studiosum significabat. — In fine Wolfius et Auger. aliquid deesse putant: idem videtur Schaefero et editoribus Turicensibus. Sit: at Libanius, ut saepe, negligentius scripsit.

ΠΕΡΙ etc. haec appendix eundem Libanium habet auctorem, quare numerum §§ non interrupi.

§ 16. ἐπιδεικτικὸν, rhetores antiqui distinxerunt demonstrativam, suasoriam et judiciale orationem. Aristot. ars rhet. I, 3, 3. Dionys. rhet. c. 8 (V, 297. R.) Quintilian. III, 4. 9—15. Becker Dem. als R. u. S. p. 245. Westermann Gesch. d. gr. B. p. 140. Ernesti Lex. gr. techn. s. v. De comitiorum locis vid. Schoemann p. 53 sq. — ἀγωνιστῆς, e re gymnica ad oratoriam transtulerunt rhetores. Dionys. Isaac. c. 20. et Ep. ad Amm. c. 2. — τοῦ δικαν, Suid. s. v. δαπα-

τέον είναι Δημοσθένους, τὸν ἐπιτάφιον καὶ τὸν ἔρωτικόν· πολὺ γάρ τῆς ἑκείνου διπάμεως ἀπολεῖπονται. καὶ οὐχ ἡμετέρον γνώμην λέγομεν, ἀλλὰ καὶ λιοντάρῳ τῷ Ἀλκαρνασσεῖ τοῦτο συνδοκεῖ. ὅτι μὲν γάρ εἰπεν ἐπιτάφιον λόγον Δημοσθένης, ὡμολόγηται· οὐ μὴν τοῦτον εἶκος εἶναι τὸν ὑπὲκείνου ἄρθρέντα, πάντα φαύλως καὶ ἀσθενῶς ἔχοντα.
 17 τῶν δὲ συμβουλευτικῶν αὐτοῦ λόγων οἱ μὲν αὐτὸ τοῦτο ἔχοντιν ἐπίγραμμα, συμβουλευτικοί, οἱ δὲ οὐδὲν ἔττον εἰσι συμβουλευτικοί, Φιλιππικοὶ δὲ ἐπιχράφονται ἐκ τοῦ περὶ τῶν τοῦ Φιλίππου πραγμάτων εἰρῆσθαι τὴν κλῆσιν λαχόντες. καὶ τῶν Φιλιππικῶν ἔκαστος ίδιαν τινὰ ἐπιγραφὴν ἔχει κατὰ τὴν τῶν πραγμάτων ἔκαστων ίδιότητα.

§ 17. 3. Φιλιππικοὶ δὲ, vulg. addebatur oīde, quod cum Sauppio Dindf. et ego omisimus; tenuerunt Bk. Voem. Dindf. 1895. — 4. τὸν Φιλιππον e marg. Parisinae omnes edd. assumere; vulg. h. v. desunt.

νῦν ἡαεc: Δημοσθένης καὶ οἱ ἄλλοι δικανικοί. — ἀπολεῖπονται, vid. Matth. § 357. Rost. § 162 n. 5. — Αἰσχυνσιφ, de adm. vi Dem. c. 23 (VI, p. 1027. B.) et c. 44 (p. 1095), ubi haec: ὁ φορτικὸς καὶ κερὸς οἱ παιδαριώδης ἐπιτάφιος, vid. A. G. Becker in vers. germ. huj. libri p. 119 et Westermann de epitaphio et erotico Demosth. Lips. 1831 p. 51. Schaefer. App. V, p. 601. Ranke l. l. p. 117. Non minus sīdem orat. amatoriam pro supposititia habent. Vid. Westerm. l. l. p. 70 et Dionys. l. l. c. 44. Neutra oratio Demosthene digna est, quamquam fuerunt, qui certe illam oratori, licet immerito, vindicarent. Vid. Reisk. et Schaeff. App. V, p. 630.

§ 17. Φιλιππικοὶ δὲ, quod vulgo additur oīde quis non videt unde enatum sit? — Ιδιότητα, ut de Pace, Chersoneso, Olynthiacae; et de his quidem statim exponetur.

**DEMOSTHENIS
ORATIONES OLYNTHIACAE TRES.**

www.libtool.com.cn

P R O L E G O M E N A.

CAP. I.

De Olynthiorum urbe et rebus gestis usque ad Ol. 105, 1.

§. 1. In orationibus, quae dicuntur *Olynthiacae*, Demosthenes animos civium vi et arte sua flectit et movet, ut Olynthum urbesque consociatas ab impetu Philippi defendant: nam metum esse, ne Macedo illa civitate potitus in ipsos invadat Atheniensium fines. Etenim *Olynthus*¹⁾ (hod. Hagios Mamas s. Olyntho), sita ad sinum Toronaeum LX ferme stadia ab Potidaea loco edito (Thuc. I, 63 dicit ἔστι καταφανές, schol. addit: ὑψηλὸν γὰρ τὸ χωρίον ἡ Ὀλυνθός), auctore Steph. Byz. ab Olyntho, filio Herculis, condita est, narrante vero Conone Narr. 4. ab Olyntho, Strymonis, Thraciae regis filio, qui venans a leone laceratus illo loco sepultus erat, nomen accepit. Hujus Olynthi frater Rhessus quum dicatur ἐπὶ Τροίαν Προάμω συστρατεύσας, probabile est, paullo post Trojae excidium urbem illam esse conditam. Graecae autem originis eam fuisse et inter bella Persica a Bottiaeis obsessam testantur Herodot. VII, 122. 127 et Liban. argum. Olynth. I, 1. Eandemque decursu temporis et auctoritate et potestate floruisse vel hinc concluseris, quod Ol. 87, 1

1) Vid. *Lucchesinius ann. hist. in arg. Olynth. I.* p. 299 sq. *Vogel Biogr. grosser Männer II.* p. 91. *Mannert Geogr. VII.* p. 456. *Jacobs Einleitung zu d. 3 Olynth. Reden* in der 2. Aufl. d. Uebers. d. Staatsreden des Dem. p. 151 sqq. *A. G. Becker Uebers. der Phil. Reden, Th. I.* p. 91 sqq. *Wachsmuth Hell. Alterth. I.* p. 238. 263. 2. Aufl. *Brückner Kön. Phil. v. Maced.* p. 82 sq. *Voemelius de Olynthi situ, potentia et eversione* Francf. 1827, in primis *Ejusdem Prolegg. in Phil. I. et Olynth., editioni Dem. Phil. V praefixa*, p. 13 sqq. et *Bochnecke Forschungen auf dem Gebiete der Att. Redner* (Berl. 1843) p. 106 sqq. et 123 sqq.

www.libtool.com.cn

(432) Chalcidenses auctore Perdicca²), Macedonum rege, Atheniensibus infenso ab his defecerunt et, excisis urbibus maritimis, Olynthum commigrarunt eamque urbem munierunt³). Athenienses autem, Chalcidensibus devictis, Potidaeam acriter oppugnarunt et Ol. 87, 3 (430) ceperunt. Thuc. II, 70. Diod. Sic. XII, 46. Anno post illi iterum invadere in Chalcidensem fines, agros devastare, Bottiaeorum urbi Spartolo frustra instare. Olynthii auxilia mittunt. Proelio acri Athenienses fusi se recipiunt Potidaeum. Thuc. II, 79. Diod. Sic. XII, 47. Interea bellum Peloponnesiacum exarserat: Athenienses rem bene gerebant, ita ut Chalcidenses sibi metuerent et Lacedaemoniorum opem implorarent. Brasidas, manu fortis et consilio promptus, ab his Ol. 89, 1 (424) missus quum, Scionaeis et Mendaenis victis, accepisset, Athenienses copias instruere, illorum, quos in fidem receperat, liberos et conjuges Olynthum subduxit. Thuc. IV, 123. Idem auctor est (V, 18), pace per Niciam facta Ol. 89, 3 (422), Olynthum quodammodo in Atheniensium fidem fuisse traditam, nisi quod sui juris esset. At videntur Olynthii his diffidentes fuisse, nam anno post Mecybernam (vid. Popp. Proleg. Thuc. II. p. 367), ubi praesidium erat Atheniensium, subito adorti ceperunt (Thuc. V, 39) et istud ejecerunt (Diod. Sic. XII, 77). Quae quidem res haud scio an potentiam Olynthi ita auxerit, ut haec urbs non solum μυρίανδρος, τῶν ἐπὶ Θράκης μεγίστη, εὐδαίμων (Diod. S. XVI, 53. Xen. Hell. V, 2, 12. Polyb. IX, 22) vocaretur, sed etiam, rebus Atheniensium per bellum Peloponnes. adflictis, vicinas urbes sibi conciliaret iisque imperaret; nam Liban. Arg. Olynth. I, 1 dicit: τῶν συγγενῶν πόλεων ἐπῆρχεν. Nimirum Olynthus utebatur populari imperio et summa legum aequitate⁴).

§ 2. Accessit alia res. Amyntas II., rex Macedonum, ab Illyriis victus et pressus ab Olynthiis Ol. 96, 4 (393) his ma-

2) *Flathe Gesch. Maced.* I. p. 27.

3) Thuc. I, 58 haec: Περδίκκας πειθεὶς Χαλκιδέας τὰς ἐπὶ θαλάσσῃ πόλεις ἐκλιπόντας καὶ καταβαλόντας ἀνοικίσασθαι ἐς Ὀλυνθον, μιαν τε πόλεν ταύτην ἰσχυρὰν ποιήσασθαι. coll. Diod. Sic. XII, 34.

4) Xen. Hell. V, 2, 15—19 coll. Dem. IX, 56. Tittelmann die Staaten des Alterth. p. 397. Wachsmuth H. A. I. p. 263. Voemel. prolegg. in Phil. I et Olynth. p. 17. Boehnecke p. 157.

gnum vicini agri tractum permisit ⁵). Quem ille quum, viribus posthac instauratis, repeteret et Olynthii se redditures negarent, opem Lacedaemoniorum imploravit; Olynthii vero urbes Chalcidicas in belli societatem arcessiverunt, quod hae aegre tulisse videntur et gravari coepisse adeo ut legati ex Acantho et Apollonia, urbibus Chalcidicis, Spartam auxilium petturi venerint ⁶). Atqui Spartani se jam Macedoni addixerant. Mittunt Ol. 99, 2 (383) Eudamidam, qui Thebis, dissidio ibi orto, retinetur; quare Teleutiam, Agesilai fratrem, copiis praeficiunt, quae proelio cum Olynthiis facto et duce occiso dispelluntur ⁷). Sed Agesipoli, qui succedebat, mortuo Polybiades, a Lacedaemoniis dux electus Ol. 99, 4 (381), Olynthios ita obsidione pressit, ut hi anno sequenti in fidem Lacedaemoniorum se reciperent his conditionibus: τὸν αὐτὸν ἐχθρὸν καὶ φίλον Λακεδαιμονίους νομίζειν, ἀκολούθειν δὲ ὅπῃ ἀνηγώνται καὶ σύμμαχοι εἶναι ⁸).

§ 3. Athenienses autem, opibus Lacedaemoniorum frangî coeptis pugna ad Naxon Ol. 101, 1 (376), res olim amissas recuperaturi Timotheum praeclarum ducem (Diod. Sic. XV, 47) in peninsula Chalcidicam Ol. 101, 3 (374) misere, qui adjutus ab Amynta rem bene gessit et, si Nepoti Tim. 1 fides est, Olynthios subegit ⁹). Huc refer locum Demosth. II, 14: ἡ Μακεδονικὴ δύναμις καὶ ἀρχὴ ἐν προσθήκῃ μέροις ἔστι τις οὐ μικρὰ, οἷον ἵπηρες ποδὸς ὑμῶν ἐπὶ Τιμοθέου πρὸς Ὀλυνθίους, ad quem locum si scholiasta dicit: πρὸς Ὀλυνθίους πολεμοῦσιν Ἀθηναῖοις συνεμάχησαν ὁ ἀδελφὸς Φιλίππου μετὰ τῶν Μακεδόνων, aut erravit aut Perdiccam filium misit Amyntas. Hunc enim

5) Diod. S. XIV, 92. Isocr. Paneg. § 126 ibiq. Morus. Flathé l. l. p. 35.

6) Legatorum oratio, quam Xen. Hell. V, 2, 11 --20 habet, optimè statum reipubl. Olynth. declarat.

7) Diod. S. XV, 19. 21. Xen. V, 3, 6. coll. Dem. XIX, 264: (Ὀλύνθιοι) μάχας πολλὰς ἐκράτησαν καὶ τρεῖς τῶν πολεμάρχων ἀπέκτειναν καὶ τὸ τελευταῖον, ὅπως ἡβούλευτο, τὸν πόλεμον κατέθεντο, quae verba vide ne oratore dicta sint.

8) Haec sunt verba Xenoph. V, 3, 26, quibus adde Diod. S. XV, 23.

9) Nolim cum Boehneckio l. l. p. 144 hoc referre ad urbes Olynthiis subjectas.

www.libtool.com.cn

Atheniensium familiaritate usum esse satis testatur Aeschin. II, 26 (p. 213 ed. R.), laudans σύνοιαν καὶ εὐεργεσίας ὡς ὑμεῖς ἵππεῖς Λυδίης¹⁰). Hoc mortuo Ol. 102, 3 (370) et, post Alexandrum II. et Ptolemaeum Aloriten¹¹), Perdicca III.¹²), Atheniensibus inimicissimo, regnante usque ad Ol. 105, 2 (359) videntur Olynthii jus suum recuperasse, at nihil certi constat, nisi quod Ol. 105, 1 (360) Timotheus, Atheniensium dux, ad Amphipolin¹³) recuperandam, quam Olynthii tenebant, repellebatur. Testis est Demosth. XXIII, 150, cujus verba haec sunt: (Χαρίδημος) μισθοῖ πάλιν αὐτὸν Ολυνθίους τοὺς ὑμετέρους ἔχθροις καὶ τοῖς ἔχοντιν Ἀμφίπολιν κατ' ἐκεῖνον τὴν χρόνον. Quae-ritur, qui sint οἱ ἔχοντες; alii enim (Weiske de hyperb. II, n. 37. Brückner p. 49) referunt ad Macedonicam in Amphipoli factionem, alii (Clinton, Voemel. p. 54, Boehnecke p. 145, Weber ad Dem. Aristocr. p. 438) ad Olynthios; recte, nam articulus τοῦς non obstat, quin hos ipsos intelligamus. Accedit quod schol. Aeschinis p. 755 dicit: Τιμόθεος ἐπιστρατεύσας ἡττήθη ἐν Καλλιμήδονι — nam ita legendum esse pro Καλαμίωνος dudum viri docti viderunt. Dissentio enim cum Boehneckio, qui l. 1. quanquam rem istam anno Ol. 105, 1. adscribit, tamen eam Philippo regnante gestam dicit, imo Timotheum, antequam hic regnum capesseret, ab Olyntiis oppressum fuisse ex iis rebus patebit, quas statim enarrabo.

CAP. II.

De rebus gestis Olynthiorum ab Ol. 105. 1 usque ad Ol. 108. 1.

§ 1. Quam Philippus, de cuius moribus et rebus gestis Excurs. II. dicetur, rerum summa potitus esset, multisque negotiis et molestiis se distractum et obrutum videret, Amphipolin liberam

10) Vide Lucchesinii ann. hist. p. 319 n. 11. — Sauppii judicium (ad Dem. II, 14) de Aeschinis loco vide ne acerbius sit.

11) Clinton. Fast. Att. p. 241 sqq. Flathe l. 1. p. 38 sq. Brückner l. 1. p. 18.

12) De Perdicca vid. ad Dem. III, 24.

13) De hac urbe exponendi infra facultas dabitur.

esse voluit¹⁴). Diod. Sic. in partes est vocandus, qui XVI, 3 tradit: Θεωρῶν (Φίλιππος) ὑπὲρ τοῦ τὴν Ἀμφίπολιν ἀνακτήσασθαι τὴν πᾶσαν φιλοτιμίαν εἰςφερομένους, ἐκονσιώσεις ἐξεχώρησε τῆς πόλεως ἀφεῖς αὐτὴν αὐτόνομον. Haec verba ita capienda esse arbitror, ut Phillipus, quum ista urbs per Atheniensium humanitatem Macedoni Ol. 104. 1 (365) concessa esset¹⁵), nunc de jure suo cederet, quo uti potuisset contra Olynthios, qui rebus Macedonum ante Philippum perturbatis in suam rem abusi erant. Non dicam utrum ad hos abigendos an ad imminens periculum Philippi propulsandum Amphipolitani Ol. 105, 3 legatos ad Athenienses miserint, qui horum auxiliam implorarent — Dem. I, 8 ibiq. dicta — iisque suam urbem obsidemad permitterent. Nam Olynthios illo tempore Amphipolin tenuisse, etiam ex Argum. orat. Dem. de fals. leg. p. 334 intelligitur: διαβε (Φίλιππος) παρ' Ολυνθίων Αμφίπολιν, οὐσαν κτίμα τῆς πόλεως, καὶ ἦν ὑπ' Ολυνθίοις καθ' ὅν καιρὸν ἐπέστησαν καὶ οἱ σύνμαχοι. Si cum hoc loco confers Diod. Sic. XVI, 8: τὸν τὴν Ἀμφίπολιν οἰκούντων ἀλλοτρίως πρὸς αὐτὸν διατεθέντων καὶ πολλὰς ἀφομάς δόντων εἰς πόλεμον, ἐστράτευσεν δέπ' αὐτοὺς ἀξιολόγῳ δυνάμει, utrumque eo, quo dixi, modo conciliabis statuens et Olynthios et Philippum sibi illam urbem arrogasse, quam hic expugnavit et Atheniensibus se traditum esse scripsit. Dem. XXIII, 116: Φίλιππος, ὃς τὴν Ἀμφίπολιν ἐπολιόρκει, ἵν' ὑμῖν παραδῷ, πολιορκεῖν ἔφη. coll. VII, 27. Est enim hoc est τὸ θρυλούμενον ἀπόδειγμα τὸ ἐκεῖνο, cuius orator II, 6 mentionem facit, quod cur vulgo ad Ol. 105, 3 referatur, non video, imo ad Ol. 105, 3 pertinet¹⁶).

§ 2. Bellum igitur Amphipolitanum¹⁷) exorsum est, et continuatum usque ad Ol. 108, 2. Amphipolis enim¹⁸)

14) Vid. Winiewskii com. chron. et histor. p. 39.

15) Voemelii prolegg. p. 52. et ep. Phil. p. 164 (XII, 20).

16) Brückner König Phil. p. 50.

17) Weiske de hyperb. I. p. 37 sqq.

18) Vid. Männert Geogr. d. Gr. u. Röm. VII. p. 237. Vogel Leben gross. Männ. II. p. 35. A. G. Becker Uebers. d. Phil. Reden, I. p. 9. Winiewsk. p. 37. Voemel lineamenta belli Amphi. Francf. 1826 et Prolegg. p. 44. Clinton. F. A. p. 275 et in primis Weissenborn Hellen. Jen. 1844 p. 136—196 et Rehdantz Vit. Iph. Chabr. Tim. (Berol. 1845) p. 128 sqq.

quum et mercatura et imperio opportunissima esset, patet, cur et Philippi et Atheniensium permagni interfuerit, ea portiri. Nam Diod. Sic. XVI, 8 dicit: ἡ πόλις πολλὰ συνελάβετο τῷ Φιλίππῳ πρὸς αἰξησιν. Aesch. II, 33: εἰ Αμφίπολίτας ἀφείλου τὴν Ἀθηναῖς πόλιν, οὐ τὰκτεγων ἔχεις ἀλλὰ τὴν Ἀθηναῖς χώραν. Dem. VI, 17: εἰ Αμφίπολιν καὶ Ποτίδαιαν προσεῖτο, οὐδὲ ἂν οἶκοι μένειν βεβαιῶς ἥγειτο. Nimirum Macedo urbem hanc, suorum finium munimentum, retinuit. Enimvero tantum abfuit, ut rex, quae fuit in eo fallacia, promissis quae supra dixi teneretur, ut Atheniensibus adversaretur et foedus cum Olynthiis Ol. 105, 4 (357) pangeret, quod et ipsum, teste Diod. Sic. l. l., illi valde expetebant. Conf. Dem. XXIII, 108: ἐκεῖνοι (Ολύνθιοι) τέως ἐώραν αὐτὸν τηλικοῦτον (Φίλιππ.); ἥλικος ὁν καὶ πιστὸς ὑπῆρχε, σύμμαχοι τε ἤσαν καὶ δὲ ἐκεῖνον ἡμέν ἐπολέμουν. Liban. arg. Olynth. I, 2: Φιλίππῳ συμμαχίαν οἱ Ολύνθιοι ποιησάμενοι καὶ πολεμοῦντες μετ' αὐτοῦ πρὸς Ἀθηναῖους, quibus exeunte Ol. 105, 4 aut sequenti anno Potidaeum ademit et una cum Anthemunte illis permisit¹⁹⁾). Jam intra annos quatuor sequentes Philippo res suas amplificante status ita est mutatus²⁰⁾) itaque iste Graecorum rebus se immiscuit, ut non tantum hi dissiderent, sed etiam Olynthii Ol. 106, 4 (353) ad Athenenses se applicarent. Demosthenes XXIII, 109 haec: ὑμᾶς φίλους πεποίηται (Ολύνθιοι), φασὶ δὲ καὶ συμμάχους ποιήσεσθαι. Ipsa vero συμμαχία facta videtur Ol. 107, 3, certe ante orationes Olynthiacas, nam orator III, 7 dicit: ἐπράξαμεν ἡμεῖς κακεῖνοι πρὸς ὑμᾶς εἰρήνην et Olynthum vocat πόλιν μεγάλην διηγέλλαγμένην πρὸς ὑμᾶς. Intermedio tempore quum Philippus aliis rebus occupatus morboque affectus retineretur, anno demum Ol. 107, 3²¹⁾ Olynthum aggressurus²²⁾ Chalcidicis urbibus.

19) Dem. II, 7. VI, 20. Vid. com. hist. ad h. l. Vol. II p. 157 et quae dicam ad Lib. Arg. Olynth. I, 2. Diod. Sic XVI, 8. Winiewski p. 41 sqq.

20) Flathe I p. 116. Brückner p. 54—82.

21) Vulgo quidem initium hujus rei Ol. 107, 4 factum perhibent; sed vid. § seq., ubi de ordine orr. Olynth. agam.

22) Justinus VII, 3 auctor est, Olynthios duos fratres Philippi, quos e noverca genitos regni cupidos esse vidisset, recepisse itaque bellum movisse. Cf. Orosius III, 12. Bochnecke p. 189. Vogel Leb. gr. M. II. p. 275 hanc rem fabulose narrari contendit. Sine justa causa!

foederi Olynthio addictis bellum intulit easque annuo spatio interposito Ol. 107, 4 expugnavit et delevit²³⁾). Nam Demosthenes dicit IX, 26: δύο καὶ τριάκοντα πόλεις ἐπὶ Θράκης ἔω, ἃς ἀπάσας οὕτως ὅμως ἀγῆρηκεν, ὥστε μηδὲ εἰ πώποτε φένησαν, προσελθόντες εἶναι φίδιον εἰπεῖν. Cfr. Diod. S. XVI, 52: Φιλίππος στρατεύσας ἐπὶ ταῖς Χαλκιδικὰς πόλεις πολεμάτων ἦνα καταπληξάμενος ἡμάγχουσεν ὑποτάττεσθαι²⁴⁾). Quae res quantum Olynthiis habuerit periculi, vel ex narratione Demosthenis concludas dicentis IX, 11: Ὄλυνθίοις τετταράκοντά ἀπέχων τῆς πόλεως στάδια εἴπειν, οἵτινες δεῖ δυοῖν θάτερον, ἢ καίνους ἐν Ὄλυνθῳ μὴ μέτειν ἢ αὐτὸν ἐν Μακεδονίᾳ. Priusquam haec gesta erant, Olynthii legatos miserunt Athenas, qui auxilia peterent; Demosthenes, ut mittantur, tribus orationibus suadet, dissentiente Demade, de quo Suidas s. v. p. 913 ed. Gaisford. haec: κιῆματα ἐν Βοιωτίᾳ παρὰ Φιλίππου δωρεάν ἔλαβεν· οὗτος Δημοσθένεις λέγοντι ὑπὲρ Ὄλυνθίων ἀντέλεγεν. Jam quum neque auxilia Atheniensium neque ipsa Olynthiorum virtus Philippi vim et impetum sustinere possent²⁵⁾), factum est Ol. 108, 1 (348), ut hic in fugam a Macedone conjecti ad obsidionem tolerandam adigerentur²⁶⁾). Atqui Olyntus miserrima illa factionum invidia laborabat: quid? Euthycretes et Lasthenes, Philippo studiosissimi, rem eo perduxerunt, ut Apollonides, qui illorum consilia improbabat, a populo ejiceretur²⁷⁾) et Philippo irruendi in urbem potestas daretur, qui cives in servitutem redigebat²⁸⁾) et Olympicos diis ludos instituebat²⁹⁾). Scriptores consentiunt,

23) De his urbibus doctissime disserit Boehnecke p. 155 sqq.

24) Hac in re Macedonem proditorum ope usum fuisse, patet e Demosth. XIX, 266, coll. Val. M. VII, 2. Horat. Od. III, 16, 13.

25) Demosth. XIX, 266: (Ὄλυνθίοις) χλίους ἵππας κεκτημένους, πλείους δ' ὄντες ἢ μήδιοις, πάγρας δὲ τοὺς περιχώρους ἔχοντες ουμμάχους, μυριοῖς δὲ ἔπιοις καὶ τριήρεοι πεντήκονθοι² ἴμον βοηθησάστων αὐτοῖς καὶ ἔτι τῶν πολεων τετρακισχιλίοις· οἱ δέντεν αὐτοῖς τοιτού τὸν ἡδυνήθη σῶσαι.

26) Diod. Sic. XVI, 53.

27) Dem. IX, 56 et 66 et quae ibi adnotavi (Vol. II. p. 136 et 143).

28) Diod. Sic. XVI, 53: διὰ τούτων (Λασθέν. καὶ Εὐθυκρ.) προσδοθεῖσαν τὴν Ὄλυνθον εἶλε· διαρράσας δ' αὐτὴν καὶ τοὺς ἐρεικοῦστας διανδραποδισάμενος, ἀλαγυφοπώλησεν. Wessel. ad h. l.

29) Dem. XIX, 192: ἐπειδὴ εἶλεν Φιλίππος Ὄλυνθον, Ὄλυμπια

has res in eum, quem diximus, annum Ol. 108 primum incidere ³⁰).

Ipsorum vero proditorum etsi alter Lasthenes aedes suas contexisset lignis dono e Macedonia allatis, alter Euthycrates boves multos aluisset pretio nemini numerato et, si Suidae s. v. Αγαδης fides est, Demade auctore publicus Atheniensium hospes declaratus esset, tamen a Philippo misere peremti sunt, ut Dem. VIII, 40 dicat: ἐπειδὴ τὴν πόλιν προῦδοσαν, πάντων κάκιστὴ ἀπολάσιν, coll. XVIII, 45 ³¹).

CAP. III.

De oratt. Olynthiacarum tempore et ordine.

§ 1. Jam oritur quaestio duplex eaque subdifficilis, et *quo tempore* et *quo ordine* orationes Olynthiacae a Demosthene sint habitae. Et omnes quidem, quantum scio, interpretes *Dionysium Halic.* sequuti ³²) acquieverunt in Ol. 107, 4 (349), donec nuper vir sagacissimus C. G. Boehnecke in libro saepe laudato ³³) p. 161. 215 et alibi, hac re denuo pensitata, statueret, Olynthiacam primam et secundam (secundum ordinem vulgarem) exeunte Ol. 107, 2 aut initio anni sequentis et tertiam Ol. 107, 3 m. Boedrom. esse habitam. Non est hujus loci argumenta excutere, quibus sententiam evincit, sed ratione simplici et brevi singulas res persecui, quibus quid verum esse

ἐποίει, εἰς δὲ θυσίαν ταύτην καὶ τὴν πανήγυριν πάντας τοὺς τεχνίτας συνῆγαγεν. Diod. Sic. XVI, 55. Boehnecke p. 196. Winiewski p. 67.

30. Diod. Sic. I. 1. Aeschin. II, 15. Diod. Hal. ep. ad Am. 10. (p. 736) Pseudoplut. Dem. § 362. (p. 73 ed. West.)

31) Weisk. de hyperb. I. p. 31 sqq. acute genera proditorum distinguit et Vogel I. c. p. 99 probabiliter de ratione Philippi, qua proditoribus usus est, disputat.

32) Ep. ad Amm. c. 4 p. 726: ἐπὶ Καλλιμάχου (Αγμ.) τρεῖς διέθετο δημηγορικοῖς παρακαλῶν Ἀθηναῖον βοήθειαν Ὁλυνθίοις ἀποστεῖλαι, τοῖς παλεμουμένοις ἱπὸ Φιλίппου.

33) Forschungen auf dem Gebiete der attischen Redner u. der Geschichte ihrer Zeit. Berlin 1843. Vid. Leipz. Repert. 1843 p. 459. Münchn. Anz. 1844 Nr. 216. Schmidt Zeitschr. f. Gesch. II, 1 p. 80 et in primis Voemel in Zeitschr. f. Alterth. 1846 Nr. 9. 10. 16—18.

www.libtool.com.cn
 videatur ostendamus. Atqui in aperto est, intra annum Ol. 108, 1, quo Olynthus est expugnata, et Ol. 107, 1 has orationes pertinere. Sequamur igitur Demosthenem ipsum, in cuius Olynthiaca I. et III. certa quaedam intervalli illius explendi signa continentur, et in hac quidem § 4: μέμησθε, ὅτι ἀπηγγέλθη Φίλιππος ὑμῖν ἐν Θράκῃ τότε τὸν Ἑραίον τεῖχος πολιορκῶν. Jam quum hoc castellum Ol. 107, 1 a Macedonia obsessum fuerit ³⁴⁾, liquet hanc orationem aut Ol. 107, 3 aut 4 esse habitam. Certus etiam signum inesse dixerim in Olynth. I, 12 et 13. Orator narrat, Philippum capta Amphipoli (Ol. 105, 3), Pydna (105, 4), Potidaea (106, 1), Methone (106, 3) in Thessalam (106, 4) et Thraciam invasisse. Hanc autem, quam extremo loco diximus, impressionem Ol. 107, 1 factam esse, testis luculentus est Noster in or. in Aristocratem ³⁵⁾, in qua p. 623 R. (XXIII, 8) res ibi gestae produntur. Rex anno sequenti morbo adfligitur. Valetudine recepta, Ol. 107, 2 vel 3 urbes Chalcidicas adoritur, quas ut Olynthus, eorum princeps et patrona, servet, Atheniensium auxilium impetrat inque partes suas vocat Demosthenem, qui fuit, ut Diodori Sic. (XVI, 54) verbis utar, φῆτωρ δεινότατος τῶν καὶ ἔκεινος τοὺς χρόνους Ἑλλήνων. Oratoris ipsius auctoritate utamur, ut probemus bellum non intra unius anni fines esse concludendum: nam XIX, 266 (d. fals. leg. p. 426) haec: πολὺ εξελθεῖν ἐνιαυτὸν τοῦ πολέμου τὰς πόλεις ἀπάσας ἀπωλεκεσσαν τὰς ἐν τῇ Χαλκιδικῇ προδιδόντες, e quibus verbis recte Boehneck. p. 204 conjectura est adsequutus illud bellum unius anni spatium excessisse ³⁶⁾, quam nescio an probet Plin. H. N. II, 27: „fit et sanguinea specie incendium, sicut Olympiadis 107. anno tertio, quum rex Philippus Graeciam quateret.“ Pertinet igitur illa vis et impressio Philippi ad Ol. 107 annum tertium et quartum. Jam

34) Vid. Voemel. prolegg. p. 98, n. 1. et Winiewski p. 308.

35) Hanc orationem ipsius hujus anni esse satis ostendit E. G. Weber (Jen. 1845) in prolegg. p. IX sqq., ut mirer virum egregium p. LXXVII n. 21 ad Ol. 106, 4 rediisse. Cfr. Weisk. d. hyperb. III. p. 34. Winiewski p. 306.

36) Assentitur Voemel. in censura libri Boehneckiani Zeitschr. f. Alterthumsw. 1846 p. 133.

www.libtool.com.cn

quum Dem. dicat or. I, 13: πάλιν (Φίλιππ.) φαῖτας οὐκ ἐπὶ τὸ δρόμυμεν ἀπέκλινεν, ἀλλ᾽ εὐθὺς Ὀλυνθίοις ἐπεχειρησεν, § 17 rebus esse bellicis occurrentium τῷ τὰς πόλεις τοῖς Ὀλυνθίοις σώζειν et § 21: οὐτ᾽ ἂν ἔξηγεγκε τὸν πόλεμόν ποτε τοῦτον ἐκεῖνος, εἰ πολεμεῖν ἀγέθη δεήσειν αὐτὸν, quis dubitaverit inter ipsum illam im- petum ab eo has orationes esse habitas? Quod si est, eae refe- rendae sunt ad Ol. 107, 3 et 4, nisi quis dicat — quod non probo — alterutri horum annorum omnes esse adjudicandas. Nullam certe causam esse video, cur Boecknekius p. 161 pri- mām har. oratt. ad Ol. 107, 2 rejiciat, quum ne hoc quidem certum sit, sub finem hujus anni bellum geri coeptum esse.

§ 2. Quaerentibus vero de ipso initio et modo belli Olyn- thiaci respondet *Philochorus* apud Dionysium in ep. ad Amm. c. 9 p. 734 ed. Reisk.: „Καλλίμαχος Πεγασῆθεν³⁷⁾). Ἐπι τούτου Ὀλυνθίοις πολεμουμένοις ὑπὸ Φιλίππου καὶ πρέσβεις Ἀθήνας πέμψασιν οἱ Ἀθηναῖοι συμμαχίαν τι ἐποίησαντο καὶ βοήθειαν ἐπευ- ψαν, πελταστὰς διειχιλίους, τριήρεις δὲ τριάκοντα τὰς μετά τὰ Χάρητος, ἃς καὶ συνεπλήρωσαν.“ Ἐπειτα διεξελθὼν δλίγα τὰ μεταξὺ γεννόμενα τιθησι ταῦτα: „περὶ τὸν αὐτὸν χρόνον Χαλκιδέων τῶν ἐπὶ Θράκης θιλοβομένων τῷ πολέμῳ καὶ πρεσβευσα- μένων Ἀθήνας, Χαριόδημον αὐτοῖς ἐπεμψαν οἱ Ἀθηναῖοι τὸν ἐν Ἑλλησπόντῳ στρατηγόν· ὃς ἔχων ὀκτωκαΐδεκα τριήρεις καὶ πελταστὰς τειρακιειχιλίους, ἵππεῖς δὲ πεντήκοντα καὶ ἔκατον ἥλθεν εἰς τὴν Παλλήνην καὶ τὴν Βοτειαίαν μετ' Ὀλυν- θίων καὶ τὴν κώφαν ἐπόρθησεν.“ Ἐπειθ' ὑπὲρ τῆς τρίτης συμμα- χίας λέγει ταῦτι: „πάλιν δὲ τῶν Ὀλυνθίων πρέσβεις ἀποστειλάντων εἰς τὰς Ἀθήνας καὶ δεομένων μὴ περιιδεῖν αὐτοὺς καταπολεμηθέν- τας, ἀλλὰ πρὸς ταῖς ὑπαρχούσαις δυνάμεσι πέμψαι βοήθειαν, μὴ ξενικήν, ἀλλ᾽ αὐτῶν Ἀθηναίων, ἐπεμψεν αὐτοῖς ὁ δῆμος τριήρεις μὲν ἐτέρας ἐπτακαΐδεκα, τῶν δὲ πολειτῶν ὄπλιτας διε- χιλίους καὶ ἵππεῖς τριακοσίους ἐν ναυσὶν ἐπιπηγοῖς, στρα- τηγὸν δὲ Χαρῆτα τοῦ στόλου παντός.

Quo praeclarius factum est, ut haec memoria³⁸⁾ nobis sit

37) Intellige annum Ol. 107, 4 i. e. 349 a. Chr.

38) Verissime Weiskius de hyperb. I. p. 40 n. 39: „hoc in li- bello quantum sit positum ad temporum illorum descriptionem si re-

servata, eo religiosius ea utendum neque committendum, ut sine justa causa in dubium vocetur. Atqui ipse scriptor de una certe re nos addubitare jussit, de *anno*. Nam quum, primo impetu commemorato, dicat Dionys. pauca quaedam interposita esse a Philochoro eo tempore gesta, justa causa mihi esse videtur ea, quae scriptor in unum annum contraxit, in duos distracthendi; cuius rei quae sit ratio, supra dictum est. Ita vero fides Philochoro non derogatur, quam et ipse olim in dubium vocaveram et A. G. Beckerus ³⁹), quem refutare studuit A. Westermannus ⁴⁰). Ab eadem hac parte stat Boehneckius, nisi quod p. 216 judicat, tres illos exercitus ita fuisse missos, ut orationem primam et secundam prima exceperit expeditio Ol. 107, 2, orationem tertiam altera Ol. 107, 3, tertia denique pertineat ad Ol. 107, 4. Sed, ingenue confiteor, omnis haec disputatio, ut sit ingeniosa et acuta, certo caret fundamento, cuius auctor quanquam p. 152 eos castigat, qui ab ore pendebant Philochori, tamen rem diu multumque tractanti nihil reliquum visum est, quam ejus ipsius legere vestigia. Et quidni? Anni excepto numero omnis narratio nihil habet offensionis; certe hunc ducem sequi malim, quam, quod Boehn. fecisse videtur, Libanium. Nimirum Olynthii ter legatos ⁴¹) mittunt et Athenienses ter auxilia, prima Charete, secunda Charidemo Orita, tertia eodem Charete duce ⁴²). Distingue verba a Philoch. usurpata, πολεμεῖσθαι, θλίψεισθαι, καταπολεμεῖσθαι, unde patet periculum in dies majus Olynthiis eorumque sociis imminuisse. Nam verba Libanii in arg. Olynth. III: ἐπεμψαν βοήθειαν τοῖς Ὀλυνθίοις οἱ Αργηναῖοι καὶ τι κατορθοῦν ἔδοξαν δὲ αὐτῆς ⁴³) ex

puto, animus horret cogitans, quibus in tenebris illo uno erepto versaremur.“

39) Uebers. der Phil. Reden des Dem. I. p. 95 sqq.

40) Quaestionum Demosth. P. I. p. 9 sqq.

41) Boehneck. p. 219 contendit harum trium legationum primam Olynthiorum, alteram Chalcidensium, tertiam iterum Olynthiorum fuisse, quod discriminem vide ne argutius ex Philochoro duxerit.

42) De Charete vid. ad II, 28, de Charidemo ad III, 5.

43) Erravit Voemelius prolegg. p. 102 haec Libanii verba interponens inter orat. Olynth. I et II, quum agmen ducant argumenti tertii. Vid. ad Lib. Arg. III. 1.

www.libtool.com.cn

ipsa illa oratione deducta et historicā fide carere videntur. Cum vero illa, quae unius anni spatio Philochorus complectitur, adeo raptā esse per se non probabile sit, tum habent hoc veteres historici ⁴⁴⁾, ut, quae est hujus rel magna difficultas, temporum rationes impedianc et confundant. Ne quis vero e verbis Philochori περὶ τὸν αὐτὸν χρόνον concludat, Charetem et Charidemum una rem gessisse, tenendum est, haec verba referri ad τὰ μεταξὺ γενόμενα, quod ut scite vidit Boehneck. p. 218, ita frustra quae sint τὰ γενόμενα expedire conatus est.

§ 3. Restat ut de numero copiarum dicam, in quo a Philochoro differt Demosthenes, qui in loco not. 26. allato (XIX, 266) 10,000 peregrinos et 400 cives habet, ille vero 6000 peltastas et 2000 hoplitas. Jam si 30 triremibus — ἀς καὶ συνεπλάγησαν — ducenos nautas adscribimus ⁴⁵⁾ i. e. 6000, numerus aequatur exceptis, quos orator omisit, 450 equitibus. Triremium Philochoro sunt 65, Demostheni 50. Est sane aliquid discriminis, quod tamen justo plus agitavit viros doctos, quorum alias alia ratione ⁴⁶⁾ incubuit ad illam molestiam levandam. At quis non videt, oratorem omnes copias totius belli complecti, Philochorum autem has singulatim perstringere? quis non meminerit, Demosthenem numeris parum studere? nam IX, 23 et 25 confundit numerum 73 et 70, 29 et 30. XIV, 29 dicit διακοσίαις τριήσοι ⁴⁷⁾, quamquam XVIII, 238 de eadem re agens τριακοσίας τριήσοι commemorat. Ergo valebit auctoritas Philochori de tripartita Atheniensium expeditione Olynthiaca, nisi quod primam et secundam ad Ol. 107, 3 et tertiam ad Ol. 107, 4 referendam censemus.

44) Exempla adfert e Diodoro Sic. Weiskius de hyperb. III. p. 19 n. 14.

45) Boehck Staatshaush. I. p. 298 et Urk. über das attische Seewesen p. 200.

46) Westermann Quaest. Dem. I, p. 12. Ziemann p. 20. Rauenstein p. 53. XX (uterque hic in libellis mox nominandis), Boehneck. p. 220. Verum vidit Voemelius p. 105, nisi quod adnumerat 18 triremes Charidemi itaque navium Demosthenis efficit 68.

47) Ita recte Turicenses et nuper Dindorf. ediderunt e Σ; probavi hanc lectionem in censura ed. Paris. Voemel. inserta Jahn. N. Jahrb. f. Phil. B. 42. H. 3. p. 232.

www.libtool.com.cn

§ 4. Atqui non is sum qui dicam tres istas expeditiones arcto vinculo cum tribus orationibus a Demosthene habitis contineri. Quod etsi non improbabile aliquot viris doctis visum est, tamen haec res ex ipso ordine, quo sese hae orationes excipiunt, apta est. Etenim *Dionysius Halic.* in ep. ad Ammaeum c. 4 (Vol. VI p. 726 ed. Reisk.) eam, quae vulgo secunda est, facit primam, quae vulgo tertia est, secundam et quae vulgo prima, tertiam; de hac re critici nostra aetate certatim disputavere. Hos primum nominabo et deinde meam qualemque sententiam subjiciam.

I. *Dionystii* castra partim sequuti sunt, partim probaverant: *Tourellus*⁴⁸⁾ (apud Mountenejum) his verbis: „has ego orationes eodem ordine, quo Dionys., colloco; eique ipsa ratio suffragatur. Namque initio ejus Olynthiacae, quam ego primam facio, orator Atheniensibus instat de foedore cito cum Olynthiis ineundo; in duabus autem reliquis id foedus initum supponit inque id solum incumbit, ut ostendat quam necesse sit, quae ex eo tenebantur facere, ut faciant. Consequentia cuique facile patebit.“ Huic tenui et jejunae argumentationi obsequutus est *Mountenejus*. Porro *Taylorus* apud Reisk. Orr. VIII, 718, *Jacobsius* (Uebers. d. Staatsr. 1805), *J. Bekkerus* (ed. min. 1816 et 25), *Weiskius* de hyperb. III, p. 30, *Ruedigerus* 1818. et 1829, *Bremius*, *Klinkmüllerus*, *Reuterus*. Singulari libello *Rud. Rauchensteinus* de oratt. Olynth. ordine scripsit Lips. 1828, qui repetitus est in Schaeferi Appar. T. I, p. 135—173. Eandem disputationem limatus et brevius retractatam praemisit editioni Bremiana. Ut alia taceam, vir doctissimus (p. XVI) rerum a Philochoro narratarum cum Demosthenis orationibus necessitatem tenet⁴⁹⁾.

II. Ordinem *vulgatum* habent et defendunt praeter veteres saec. XVI. et XVII. editores⁵⁰⁾ *Lucchesinius*, qui (p. 298 ed. Rom. Vol. II. p. 199 ed. Allen) haec habet: „Quae

48) *Tourelli* et mox *Lucchesinii* verba adscripsi, quippe quorum libri vereor ut in omnium manibus sint.

49) Vide A. G. Beckeri librum diligentissime scriptum: Die Literatur des Dem. Quedlinb. 1830 p. 171.

50) Magnum eorum numerum videsis ibid. p. 106sq. et p. 232sqq.

www.libtool.com.cn

prima nobis et alteri (Dionys. Hal.) tertia est, quamvis parum differat a secunda eique propemodum gemina videatur, attamen non levia praefert indicia, quibus natalis sui praerogativam ostendit. In ista enim Demosthenes non solum cives inflamma ad ferendum Olynthiis auxilium, sed monet, ut illuc legates mittant, qui hujus spe confirmant animos metu fractos. Quo consilium si Orator providus ac solertissimus in tertiam concionem distulisset, ejus profecto prudenter desideraretur. Deinde in hac ipsa oratione Philippi sordidos mores, illatasque tot tantisque gentibus injurias singulatum recenset. At quam longe alienum esset a clarissimi Oratoris sagacitate, si haec dicere in prima condicione praetermisisset, quae omnium maxime ad causam faciunt! In secunda vero quid sibi vult exordium calliditatis atque artis plenum, quo ostendere conatur, plures adhuc virium nervos superesse reipubl., nisi commotos priori sermone cives fuisse ad opem ferendam, sed timere, ne, quum minus potentis valeant, id fieri possit? Tertia denique suo loco dimoveri nequit; quippe parum isthie Orator commoratur in suadenda optulandi necessitate.“ Argumenta haec, quae non dicam quantum ad rem valeant, Rauchensteinius separatim evertere studuit. Eundem ordinem tenuerunt editiones *H. Wolfii, Reiskii, Augeri, J. Bekkeri* (maj. 1824, min. 1835), *Dindorfii, Funkhaenelii, Turicensis, Frankii, Saupii et Voemelii*, qui tamen prolegg. p. 110 fatetur, sibi Dionysii opinionem ipsis orationibus firmari videri. Vulgatae rationi patrocinantur *A. G. Beckerus*⁵¹⁾ Philochoro fidem derogaturus, cuius patrocinium suscepit *A. Westermannus* Quaest. Demosth. P. I. Lips. 1830, ita ut et Ruedigeri (proleg. ed. 1. et 2.) et Rauchensteinii argumenta simul impugnet. Hunc exceperunt *C. G. A. Stueve* Osnabr. 1830., *A. Ziemann* de bello Phil. Olynthico. Quedlinb. 1832., *F. W. Th. Petrenz*. Gumb. 1833., *C. A. F. Brückner*. Schweidnitz 1833⁵²⁾ et in libro: *Koenig* Phil. u. die hell. Staaten. Gött. 1837 p. 340—52, qui, quod et ipsum Ruedigerus in ed. 1. p. 74 contenderat, defendit orationes Olynth., antequam Athenienses subsidia misissent, esse habitas. Patronis vulg. ordinis

51) Uebers. der Phil. Reden des Dem. Th. I. p. 103—131.

52) De his libellis vid. *Becker* Lit. des Dem. p. 172 et 281.

ad sentiuntur Jacobstus ⁵³⁾ (Uebers. d. Staatsr. 9te Ausg. 1833 p. 159 sqq.) et *Boehneckius* l. l. p. 151, denique *Ruedigerus* in hac tertia editione, qui cur ab opinione olim suscepta descriverit sponte explanabit.

§ 5. Argumentorum genus, quibus quid verum videatur demonstrari possit, quum duplex sit genus et externorum et internorum, quae dicuntur, ex illis quidem nihil dijudicari poterit, quippe quae omnia in vulgato ordine consentiant. Ergo confugiendum est ad alterum, in quo scilicet viri docti ita discrepant, ut Westermannus meus l. l. p. 24 recte dixerit: „mirum est, diversum adeo doctissimis viris sensum inesse, ut in contrarias plane partes discedant; unde nescio an possit aliquis colligere, plerosque aut opinione, in quam antea adducti erant, abreptos, aut rei difficultatibus deterritos non ea, qua par erat, diligentia et assiduitate hanc disputationis partem pervestigasse.“ Evidem nescio an minus mirum dicam, quum in singulis orationibus permulta convenient, quae ad Atheniensium desidiam, ad Philippi mores, ad Olynthiorum conditionem, ad necessitatem rerum gerendarum et ad militiam strenue subeundam spectant. At ne longus in hac re sim, eam ita tractabo, ut primo quae sint singulis orationibus propria, deinde de locis quibusdam communibus dicam. Et *prima* quidem oratio jure locum suum tenet, quoniam insunt quae huic soli convenient. 1. Demosthenes §. 1. dicens: *προσήκει προθύμως ἐθέλειν ἀκούειν τῶν βουλομένων συμβουλεύειν* significat, se nondum de hac re dixisse. 2. Vult legationem Olynthum (§ 2) mitti, quae mentem Athe-

53) Non possum quin Viri, exquisita doctrina et elegantia ac singulari liberalitate, quam et ipse expertus sum, ornatissimi memoriam († d. 30. Mart. 1847) recolens subjiciam, quae in libro, qui est inscriptus „Personalien“, p. 265 de hac secunda editione dicit: „die Zeit hatte sich den griech. Rednern mehr zugeneigt u. Dem. insbesondere hatte mit Recht die Gunst der Gelehrten gewonnen. Vieles Berichtigende war im Laufe des Vierteljahrhundertes erschienen, das ich nicht unbeachtet lassen konnte und mir ein Anlass wurde, noch einmal zu einer Arbeit zurückzukehren, die mich vordem nicht ohne Erfolg über eine sorgenvolle Zeit hinweggeführt hatte. Ich begann jetzt Alles von Neuem u. die zweite Ausgabe konnte in Rücksicht auf die Uebersetzung, Einleitung und Anmerkungen für eine erste gelten.“

niensium prodat et rebus intereat. Aptane fuisse haec rogatio tertio loco proposita? 3. Quanquam Chalcidenses et Philippus bello jam impliciti erant (§ 13. 21.), tamen neque foedus Atheniensium et Olynthiorum erat initum (§ 10), neque auxilia ab illis missa, nam § 3 dixerat: *εστι δέος μὴ ἀνθρώπος ήμας διαβάλλων καὶ τὴν ἀπονοσταντὴν ημετέραν, παρασπάσηται τὸν πραγμάτων*⁵⁴⁾ etc. Si § 7 et 9 illud bellum αὐτόματον vocatur, quis non videt hoc modo geri coeptum fuisse? quis verba seqq. *εἰ ἀνελογο τὸν πόλεμον* non ad initium belli referat? Orationem autem secundam non dixerim primam, nam 1. Olynthios (§ 2) vocat συμμάχους, ut concludas intra hanc et primam foedus esse pactum⁵⁵⁾. 2. Urget suos cives et insistit, ut auxilium mittant et rem strenue gerant § 11, et addit § 24. *ἐκνείτε ἐξείρατε*. Ergo nondum quidquam susceptum fuit. 3. In primis autem haec oratio insignis est rebus et moribus Philippi adumbrandis (§ 5. 14—20), quem ipsum I, 4. 9. 14 cum recundia quadam commemorat. Num probabile est, regem primo castigari omnibusque conviciis adfici, tum ejus militiam et imperium paene laudari? Imo quum vidisset orator, civium animos Philippi alacritatem et potentiam intuentium nondum impelli, ut et sibi et alteris prospiciant, id agit, ut secundo loco de rege detrahatur eique acerrimum Atheniensium odium contrahat.

§ 6. Quanquam in orationis *tertiae* sede constituenda omnes eo consentiunt, hanc nullo modo primam dici posse, tamen habet quaedam subtiliore pervestigatione dignissima. Tantum certe: 1. Ex § 7 et 16 patet, vinculum istarum civitatum arctius fuisse. 2. Orator suos ab hominum gratiam popularem captantium dominatu liberaturus antiquam morum simplicitatem laudat (§ 21 sqq.), et populum sui juris esse vult (§ 30 sqq.). 3. Omnino autem habitus totius orationis longe mitior est et sedatior⁵⁶⁾, ut aliquis animum induxit, periculum jamjam minui coepisse. Largiorem ea materiam praebabit comparationi locorum, de qua statim agam.

Et habet sane ipsa oratio tercia non pauca, quae conspi-

54) Cfr. Ziemann p. 9. et Westermann p. 47.

55) Westermann p. 56. Becker p. 97.

56) Vid. Boehneck. l. l. p. 161.

rant cum prima ⁵⁷⁾), nisi quod in illa latius fusiisque dicta sunt. 1. Ex hoc genere est § 34 coll. I, 20. Utroque loco orator vult eundem institui ordinem et accipiendi et faciendi. Hoc in loco dicit: ἐγὼ οὐδεῖν μάλισταξιν εἰναι τὴν αὐτὴν τοῦ τε λαμβάνειν καὶ τὸν ποιεῖν τὰ δέοντα, at copiosius et amplius de eadem re disserit in illo; unde quis non colligat suam cuique orationi sedem? 2. I, 2 et III, 3 contendit praesentis temporis necessitate Athenienses impehi ad rem acriter gerendam, et altero quidem loco addit: σύνοιδα, τὰ πλείω τῶν πραγμάτων ἥπας ἐπιφεργέναι τῷ μη βούλεσθαι τὰ δέοντα ποιεῖν ή τῷ μὴ συνιέναι. Enimvero intellexerant Athenienses prima oratione audita, esse exendum, sed nondum exierant, mercenariis scilicet frati: ergo accusatur eorum voluntas. 3. Si de bello Olynthiacos dicit I, 7: ὁ πάντες ἔθρηκον, γέγονεν αὐτόματον et III, 7 τοῦτο πέπρακται ὁ παξδήποτε; hic omisit αὐτόματον et subjeoit ὀπωρδήποτε, i.e. nescio an de hac belli occasione dicam, nondam enim ea, ut par est, usi estis, quare (§. 8) nihil restat, quam ut ἔργωμένως καὶ προθύμως rem agatis. Extremum hoc potius convenit orationi tertiae quam primae ⁵⁸⁾). 4. *Theatralis* pecunia mutanda est in militarem, vid. III, 10 et 11, ubi, licet modeste, tamen aperte mentem suam expedit, nomothetas deligi jubens, qui legem neq̄l τῶν Θεωρικῶν abrogent. Eandem rem tangit I, 19: τι οὖν ἦν τις εἴποι, σὺ γράψεις ταῦτα εἶναι στρατιωτικά ⁵⁹⁾). Scilicet metus erat, ne orator periculum vitae adiret. At quum decursu temporis sumptus bello impendendi non suppeterent, non committendum esse putavit Demosthenes, ut illis rebus, quae protenus in subsidium vocandae essent, amplius parcet vellet. Mirum profecto esset, si, quam rem primum bello acriter gerendo accommodandam esse aperte dicerat, eandem deinde leviter tangeret ⁶⁰⁾). Quare oratio prima cum maxime hac ipsa de causa loco suo dignissima videtur.

§ 7. Sed veniendum est ad locum, quem or. I et II similem habet, qui et ipse in rem nostram multum valet, dico de

57) Brückner Kün. Phil. p. 345.

58) Cfr. Westermann l. l. p. 48 et 64.

59) Vid. interp. ad h. l.

60) Ziemann l. l. p. 14 et Westermann p. 65.

www.libtool.com.cn Thessal. Etenim I, 23 haec: εἰτα τῶν Θεσσαλῶν. ταῦτα γὰρ ἀπιστα μὲν ἡν δήπον φύσει καὶ ἀσ πάσιν ἀνθρώπους, κομιδῇ δὲ ἀπειρ ἡν, καὶ δοτι νῦν τούτῳ. καὶ γὰρ Παγασᾶς ἀπαιτεῖται αὐτὸν εἰσιν ἐψηφισμένοι, καὶ Μαγνησίαν κεκωλύκοσι τειχίζειν. Cfr. II, 11: φημι πρός Θεσσαλονές προσβίσιαν πέμπειν, ἵ τοις μὲν διδάξει ταῦτα, τοῖς δὲ παροξυνεῖ καὶ γὰρ νῦν εἰσιν δψηφισμένοι Παγασᾶς ἀπαιτεῖται καὶ περὶ Μαγνησίας λόγους ποιεῖσθαι. De diversitate extremorum utriusque loci verborum non est quod quis ambigat, ut ipse olim p. 75 feci, est enim tanti. Atqui causa, cur dicuntur Thessali decrevisse etc., est utique diversissima: in illo perfidorum hominum esse dicit, quod Pagasas repetierint et Magnesiam muniri non passi sint, in hoc legatos ad Thessalos mitti vult, qui eos excitent et commonefaciant, etenim jam eo esse progressos, ut repeterent etc. Quemadmodum ex similitudine aliquis concluderit, has orationes proxime se exceperit, ita intervallum inter illas tantum certe fuisse debebit, ut Thessalorum res mutatae sint aut Demosthenes aliam de iis conceperit opinionem. Quaeritur autem, utro loco vel hoc vel illud dici vel potuerit vel debuerit? meas partes agentem facio Beckerum, qui p. 197 ita scribit: „D. spricht in der 2. Rede mit Theilnahme von den Schicksalen dieses (des Thess.) Volkes, wie in der 1. Rede mit Bitterkeit über sein bisheriges Verhalten. Alles diess lässt vermuthen, dass die Verhältnisse Athens gegen Thessalien zwischen der 1. und 2. Rede sich geändert haben müssen, oder dass wenigstens D. eine Veränderung herbeizuführen sich bemühte. Umgekehrt ist es unbegreiflich, warum er in einer späteren Rede das früher begünstigte Verhältniss habe zerstören wollen.“ Orationis autem primae et secundae vicinitatem testatur Ulpianus, qui, etsi interdum futilis, tamen non omnino contemnendus est. Haec in enarrat. ad or. Ol. II habet ed. H. Wolf. p. 26. B: ἡ μὲν ὑπόθεσις τούτου τοῦ λόγου καὶ τὸ κεφάλαια παραπλήσια τῷ πρώτῳ διενήροχε δὲ κατ' ἔκεινο μόνον, ὅτι ἐν μὲν τῷ πρώτῳ ζητεῖται, εἰ καὶ βοηθεῖν τοῖς Ολυμπίοις, ἐν δὲ τούτῳ τὸ μὲν βοηθεῖν ἥδη δέδειται, τὴν δὲ δώματην ὄχνοῦσι τοῦ Μακεδόνος καὶ τὴν ἴσχυν⁶¹⁾). Utramque autem hanc

61) Ulpianus patronum nactus est Westermannum p. 27. contra Rauchenstein. p. 6 et XXI. Adde ejusdem verba ad II, 1 laudata.

orationem proxime se exceperisse, verissime contendit *Beckerus* p. 96, his usus verbis: „Die 2. Olynth. Rede ist vielleicht, wie manche Umstände vermuten lassen, sehr bald nach der 1. gesprochen, da die Ausführung der verheissenen Hülfe theils durch Mangel an Geldmitteln sich verzögerte, theils durch Muthlosigkeit der Athenäer hinausgeschoben wurde“⁶²). At ne quis huic secundae orationi primum locum propterea vindicandum putet, quod Dem. § 1 Olynthios nominat τοὺς πολεμήσοντας Φιλίππων, tenendum est, Philippum invasisse urbes Chalcidicas, legatos Athenas fuisse missos, verum Olynthios nondum ipsos arma cepisse, expectantes scilicet opes Atheniensium. Illos autem ipsos intelligendos esse colligo inde, quod dicit eos ita sentire de bello, ut pacem cum Philippo infidam et patriae suae excidium esse putent⁶³). Quodsi intra orationem I. et II. nulla auxilia ab Atheniensibus missa sunt, corruit sententia Rauchensteinli p. XVI et Westermannli p. 41 de necessitudine expeditionum et orationum Olynthiacarum. Triplicem autem legationem Olynthiorum et triplex auxilium Atheniensium ut Philochoro concedimus, ita Demosthenis tres orationes ex hac re aptas esse negamus, quarum duae priores Ol. 107, 3, tertia anno sequenti habita videtur.

62) Assentitur *Boehneck*. p. 162.

63) Aliam rationem init *Westermannus* meus p. 55, quam persequi et excutere longum est.

ARGUMENTUM

OLYNTHIACAE PRIMAE *)

habitae arch. Apollodoro Ol. 107, 3. a. Chr. 350. (secundum Dionysium est tertia et hab. arch. Callimacho Ol. 107, 4. a. Chr. 349).

O r a t o r A t h e n i e n s e s , u t a t t e n t e a u d i r e n t , i n v i t a t o s (§ 1).

I. *cohoratur* 1. ut celerrime auxilia Olynthiis mittenda de-
cernant et apparent, ac legationem, quae hoc polliceatur,
mittant (§. 2), nam metuendum esse, ne Philippus calliditate
sua praeveniat (§ 3), quanquam Glynthios regi potentia ab-
usuro confisuros esse negat (§ 4. 5). 2. ut pecuniam con-
ferentes et militiam subeuntes (§ 6) occasione sponte oblata
Philippum opprimendi utantur (§ 7) nec idem, quod olim,
perpetiantur (§ 8) adeoque Macedonis opes augeant (§ 9),
sed divina benignitate freti (§ 10) res amissas recuperent
(§ 11), ne Philippus, Olyntho capta, quaqua versus conten-
dat, cuius rei testimonia e rebus ab ipso gestis repetuntur
(§ 12. 13). E s s e enim tam impigrum hominem, ut in opi-
bus jam paratis non sit acquieturus, sed arma denique in
Athenienses, socordiae poenam luentes, illatus (§ 14. 15).

*) Haec oratio praeter exordium (§ 1) et perorationem (§ 28)
bipartita est et, ne dicam ardore, tamen arte dicendi reliquis Olyn-
thiacis cedit. Praeter argumenta Tourelli et Lucchesinii, quae in
prolegg. laudavi, contulisse juvabit Voemelium p. 117 sqq. Reuterum
p. 177. Westermann. Qu. Dem. I p. 26. Jacobs. Uebers. p. 163.
Brückner, Kön. Phil. p. 340. Boehnecke p. 161. Auger. p. I sqq.

II. *Rogat, suam salutem periclitans* (§ 16), duplicum modum, quo subveniendum sit: opem ferendo Olynthiis, et Macedoniam adgrediendo, alterutro neglecto omne conamen irritum fore (§ 17. 18). Rogationem confirmat dicens

1. non deesse pecuniam, modo Athenienses eam recte vel adhibeant vel colligant (§ 19. 20).

2. Philippi potentiam infirmam esse, neque Thessalos fidos neque sua vectigalia amplius concessuros, ceteros quoque populos, quos devicerit, adfectare libertatem, ita ut hos aegre contineat (§ 21. 22); esse igitur hanc occasio-
nem capessendam, quam si Philippus nanciscatur, neuti-
quam sit e manibus dimissurus (§ 23. 24).

3. rem jam in ancipiti esse, utrum Philippus in Ath-
eniensium an ipsi in illius terra bellum sint gesturi (§ 25),
nam Olynto potitus Macedonem non impediri, quominus
huc sit venturus (§ 26): plurimum autem differre, utrum
domi an foris bellum fiat (§ 27).

Peroratio.

Et civibus et oratoribus suum est faciendum, ut res pro-
sperum habeant eventum (§ 28).

ΔΗΜΟΣΘΕΝΟΥΣ ΟΛΥΝΘΙΑΚΟΙ.

ΥΠΟΘΕΣΙΣ ΟΛΥΝΘΙΑΚΟΥ Α.

1 Όλυνθος ἦν πόλις ἐπὶ Θράκης, Ἐλληνικὸν δὲ ταύτη τῶν διοικουντων τὸ γένος, ἀπὸ Χαλκίδος τῆς ἐν Εὐβοίᾳ· ἡ δὲ Χαλκὶς Ἀθηναίων ἀποικος· πολλοὶ δὲ πόλεμοι καὶ ἔνδοξοι τῆς Ὄλυνθου· Ἀθηναῖοις τε γὰρ ἐπολέμησεν ἀρχοντος τῶν Ἐλλήνων τὸ παλαιὸν καὶ αὖθις Λακεδαιμονίοις. χρόνῳ τε εἰς δύναμιν προῆλθε μεγάλην, καὶ τῶν συγγενῶν πόλεων ἐπῆρχεν· ἦν γὰρ ἐπὶ Θράκης πολὺ τι γένος Χαλκιδικόν.

§ 1. 5. τε, Turicci. δὲ.

§ 1. Όλυνθος, de hac urbe ejusque situ et rebus gestis vid. Prolegg. Cap. I. § 1. — Θράκης, cf. Xen. Hell. V, 2, 12. Plin. IV, 11. Mel. II, 2. — Ἀθηναίων ἀποικ. Strab. X, p. 430. ed. Bas. (T. IV. p. 23. Tzsch.) haec habet: ἡ Χαλκὶς μητρόπολις τῆς νήσου τρόπον τινὰ ἐπ' αὐτῷ τῷ Εὐρίπῳ ιδευμένη, ἀμφότεραι δὲ (Eretriam intelligit) πρὸ τῶν Τεωνίων ὑπ' Ἀθηναίων ἐκτισθαι λέγονται. Cfr. Mannert Geogr. VIII, p. 254. — πολλοὶ δὲ πόλ. καὶ „adjectivum praecedenti πολὺς per καὶ saepe jungitur“ Herm. ad Vig. p. 838. Vid. Dem. I, 15. III, 36. Plat. Apol. S. c. 7. 8. 16. Bergmann et Benseler ad Isocr. Areop. p. 175. E Latinis cfr. Hor. Sat. II, 3, 9: multa et praeclara, ibique Heindf. Quintil. X, 1, 95 et interpp. — ἀεχοντι, intelligit principatum utriusque populi (Athen. Ol. 87, 4. Laced. 99, 2), de quo vid. ad Lib. vit. Dem. § 12. Quod praecedit τέ γὰρ i. q. καὶ γὰρ ετενί, vid. Schaeff. App. II, 579. — χρόνῳ τε — καὶ, quemadmodum — ita. Dem. XXIII, 199. Hartung gr. Part. I, p. 99. Quare neque Baiterus δὲ de suo pro τε edere debebat, neque Frankius colon ante χρόνῳ ponere. — ἐπὶ γρ- χεν, Olynthus non solum superior fuit ceteris civitatibus, quibuscum eandem habebat originem, sed omnia fere illius regionis loca in fidem et societatem receperat. — Χαλκιδικόν, Strab. I. l. haec: ἡ δὲ Χαλκὶς τὰς ὑπὸ Ὄλυνθῳ (πόλεις οντψίσε), ἃς Φίλιππος διελυμήνατο.

Φιλίππων δὲ τῷ Μακεδονῶν βασιλεῖ συμμαχίαν οἱ Ολύνθιοι ποιησάμενοι, καὶ πολεμοῦντες μετ' αὐτοῦ πρὸς Ἀθηναίους τὸ κατ' ἀρχὰς, καὶ τοῦτο μὲν Ἀνθεμοῦντα παρὰ τοῦ Μακεδόνος ελληφότες, πόλιν ἀμφισβητήσιμον Μακεδόνιον καὶ Ολυνθίοις, τοῦτο δὲ Ποτίδαιαν, ἦν Ἀθηναίων ἔχοντων ἐκπολιορκήσας ὁ Φίλιππος Ολυνθίοις παρεδωκεν, ὑστερον ὑποκτενειν ἡρξαντο τὸν βασιλέα, ὅρώντες αὐτοῦ ταχεῖαν καὶ πολλὴν τὴν αὐξῆσιν, οὐ πιστὴν δὲ τὴν γνώμην. ἀποδημοῦντα δὲ τηρήσαντες αὐτὸν, πέμψαντες πρέσβεις πρὸς Ἀθηναίους κατελύσαντο τὸν πρὸς αὐτοὺς πόλεμον, ποιοῦντες τοῦτο παρὰ τὰς συνθήκας τὰς πρὸς Φίλιππον. συνετέθειντο γὰρ καὶ κοινῇ πολεμεῖν πρὸς Ἀθηναίους, κανὸν ἄλλο τι δόξην, κοινῇ σπείσασθαι. ὁ δὲ Φίλιππος, πάλαι μὲν προφάσεως ἐπ' αὐτοὺς δεόμενος, τότε δὲ ταύ-

§ 2. τὸ κατ' ἀρχάς, illud significatur tempus, quo Phil., Illyriis victis, Olynthiorum animos sibi conciliare studebat. Ol. 105, 4, vid. Prolegg. c. II. § 2. Ἀνθεμοῦντα, Steph. Byz. s. h. v. et Plin. IV, 10. hanc Macedoniae fuisse urbem dicunt; Dem. VI, 20: Ἀνθεμοῦντα μὲν αὐτοῖς (Ολυνθίοις) ἦψιε, οὖν πάντες οἱ πρότεροι Μακεδονίας βασιλεῖς ἀντετούντο, unde patet, regum Macedoniae plurimum interfuisse, hanc tenere urbem, quae in confinio Macedoniae et Chalcidices sita erat. — τοῦτο δὲ Ποτίδαιαν, by vinculo per τοῦτο μὲν — τοῦτο δὲ vid. Herm. ad Vig. p. 702. Matth. Gr. § 288, n. 2 et de Potidaea, Macedoniae urbe, Dem. II, 7. — πολλὴν τὴν αὐξήσιν, nam Philippus inde ab Ol. 106, 3 et urbibus potitus est et in agros invasit alienos. Diod. Sic. XVI, 8 ibique Wessel. — οὐ παστὴν, perfidiae rex saepe incusatur a Demostheni, vid. II, 7 ibique notata. Valcken. or. de Philippo p. 237. Weisk. hyp. I, p. 47, et ad Lib. vit. Dem. § 14.

§ 3. πρέσβεις — πόλεμον, non ea legatio significatur, quae Ol. 105, 3 (Dem. I, 8), sed quae 106, 4 missa fuit, quum Philippus (ἀποδημῶν) bello Thessalorum implicitus erat. Bellum autem pertinet ad simulantes nuper de Potidaea, quam, Atheniensibus ademtam, rex Olynthii tradiderat, exortas: haec enim per istos legatos compositae erant. Legi verba Demosthenis, quae in Prolegg. c. II § 3. ex or. XXIII, 109 attuli. — συνετέθειντο, hoc verbum refertur ad foedus, de cuius conditionibus conventum est, σπεισασθαι et ad inducias (Amm. s. σκονδαῖ) et ad ipsam pacem. Xen. Hell. II, 2, 12: περὶ εἰρήνης — ἀντέλεγον μὴ σπένδεσθαι Ἀθηναίους. — προφάσεως, „non solum ob amicitiam cum Atheniensibus initam, sed etiam ob fratres ipsius receptos bellum Philippus intulit Olynthii.“ Voemel.

την λαρῶν, ὡς τοὺς συνθήκας παραβεβηκόσι καὶ πρὸς τοὺς ἔχθροὺς τοὺς ἑαυτοῦ φλίσιν ἐπεισμένους πόλεμον ἐπήνεγ-
4 κεν. οἱ δὲ πεπόμφασι πρόσθεις εἰς Ἀθήνας περὶ βόη-
θείας, οἷς ὁ Δημοσθένης συναγορεύει, βοηθεῖν καλεύων
τοῖς Ὄλυνθίοις. καὶ φησι τὴν Ὄλυνθίων σωτηρίαν ἀσφά-
λεσσαν εἶναι τῶν Ἀθηναίων· σωζομένων γὰρ τῶν Ὄλυνθῶν
οὐδέποτε ἥξειν εἰς τὴν Ἀττικὴν Φίλεππον, ἀλλὰ τοῖς Ἀθη-
ναίοις ἔξουσίαν ἔσεσθαι πλεῖν ἐπὶ τὴν Μακεδονίαν κακεῖς
ποιεῖσθαι τὸν πόλεμον· εἰ δὲ ὑπὸ Φίλεππῳ γένοιτο ἡ πόλις
αὐτῇ, ἀνεῖσθαι τὴν ἐπὶ τοὺς Ἀθηναίους ὅδον τῷ βασιλεῖ.
φησὶ δὲ δύσμαχον εἶναι τὸν Φίλεππον οὐχ ὡς ὑπείληπται,
θαρσοῦνταν ἐπ' αὐτὸν τοὺς Ἀθηναίους.

5 Διείλεκται δὲ καὶ περὶ τῶν δημοσίων χρημάτων, συμ-
βουλεύων ποιῆσαι αὐτὰ στρατιωτικὰ ἀντὶ θεωρικῶν. καὶ
τὸ ἔθος οὐ πρόδηλον ὃν, ὡς ἔχοντο οἱ Ἀθηναῖοι, ἀνάγκη
σωφρηνίσαι. οὐκ ὄντος τὸ παλαιὸν θεάτρου λιθίνου παρ-

§ 4, 4. εἶναι τὰ τὸν Ἀθηναῖον τὸν Ἀθηναῖον εἶναι Tur. —

9. δύσμαχον] δυσμάχητον Bk. 1816, 25 et 85. — ibid. οὐχ ὡς

ε H. Wolfit omnes edd. pro vulg. οὕτως, Auger. οὕτως ὡς. —

§ 5, 2. ποιῆσαι αὐτὰ] αὐτὰ ποιῆσαι Bk. 1816.

§ 4. συναγορεύει etiam legitur vit. Dem. § 8, ubi vide. —
καλεύων, Dem. I, 15. 25. — γένοιτο, quanquam in aliquot codd.
apud Reisk. et Bekk. γένηται legitur et, Hermanno auctore ad Vig.
p. 831, praefer Homerum, scriptores ionicos et poetas lyricos recen-
tiores et deterioris notae scriptores εἰ cum conjunctivo jungunt, tamen
soloecismum a Libanio, plerumque Atticismo adhaerente, alienum pu-
tavi. Matth. § 525, 7, 6. Rost 186, addit. 1. Buttm. § 139, 6. Schae-
fers difficilem electionem esse judicat. — ἀνεῖσθαι, Suid. et
Bekk. Aneid. I, 396 explic. λίλινθαι. — δύσμαχον, cfr. Dem. I, 4
coll. § 22. Vulgata lectio δυσμάχητον nusquam reperitur nisi Isocr.
XI. 13, ubi Bekker. nūn ex Urb. δύσμαχος edidit. — οὐχ ὡς ὑπεί-
ληπτας, dicit Philippum sane difficile vincī posse, sed non ita ut
putatum est, i. e. ut devinci plane non possit. „Non quomodo vulgo
existimatur, sed ita ut tamen spes sit victoriae.“ Frank.

§ 5. Διείλεκται involvit notionem agendi apud populum. —
τὸ ἔθος, de accus. absol. vid. Buttm. § 145, not. 7. Rost § 182. not.
5. — θεωρικῶν „haec pars in tertia Olynthiacas tractatur maxime.
Sed vides, hanc hypothesisin non ad primam duntaxat, sed in universum
pd omnes pertinere Olynthiacas.“ Wolf. Cf. ad III, 11 coll. I, 19,

αὐτοῖς, ἀλλὰ ξύλινων συμπηγνυμένων ἱερίων, καὶ πάντων καταλαμβάνει τόπου σκευδόντων, πληγεῖ τε δγίνοντο καὶ που καὶ τραύματα. τοῦτο καλέσαι βουληθέντες οἱ προστάτες τῶν Ἀθηναίων ὠνητοὺς ἐποίησαντο τοὺς τόπους, καὶ ἔκαστον ἔδει διδόνει δύο ὄβολοὺς, καὶ καταβαλόντα θέατρον ἔχειν. ἵνα δὲ μὴ δοκῶσιν οἱ πένητες τῷ ἀναλόματι λυπησθῆναι, ἐκ τοῦ δημοσίου λαμβάνειν ἔκαστον ἀτέχθη τοὺς δύο ὄβολοὺς, ἐντεῦθεν μὲν οὖν τὸ ἔθος ἡρξατο, προῆλθε δὲ εἰς τοσοῦτον ὥστε οὐκ εἰς τοῦτο μόνον ἀλάμφανον, ἀλλὰ ἀπλῶς πάντα τὰ δημόσια χρήματα διενέρεστο. ὅθεν καὶ περὶ τὰς στρατείας ὀκρυψοὶ κατέστησαν· πάλαι μὲν γὰρ

§ 5. 9. ἀναλόματι λυπεῖσθαι] λυπεῖσθαι ἀναλ. Bk. 1816. —

§ 6. 2. εἰς τοσοῦτον ὥστε οὐκ εἰς τοῦτο] oīm illa edidit, et Tur., eis τοῦτο ὥστε οὐκ εἰς τοὺς τόπους Bk. Dindf. Voem. Frank.

— Ἱερία, *tabulata*. Hesych. haec s. h. v.: καὶ τὰ ξύλινα σῦτως ἐλέγοντο Ἀθήνησιν, ὅφ' ὧν ἐθεον πρὸ τοῦ τὸ ἐν Διονύσῳ θέατρον γενέσθαι. Phot. ἀφ' ἀνθεύοντο τοὺς Διονυσιακὸν ἀγῶνας. cfr. Hesych. v. ἄγων et ἐπὶ Αγναῖον. Causam mutati theatri Suidas s. Πρατίνας hanc fuisse refert: quum fabula ab Pratina composita ageretur (Ol. 70), theatrum ligneum (ἄχρα) corruisse ideoque saxeum (θέατρον) esse aedificatum. Schaeferus laudat schol. ad Aristoph. Pac. 876 T. I p. 691 Dind. οὐ γάρ θέλοντες θεωρεῖν προκαταλαμβάνοντες δινοῖς τόπους, ut nos: Platz fassen. — πον inclinatum denotat rem vagam et incertam. Zeun. ad Vig. 446. Hoogeve. p. 711. Lib. Arg. Ol. III, § 1. — δύο ὄβολοὺς, vide quae de hac re dicentur ad Dem. III, 11 et Stallbaum ad Plat. Apol. S. o. 14 haec prodentem: „vendebantur sedes a redemitoribus theatrorum, ac solvebantur fere bini oboli, interdum etiam singulae drachmae.“ Voemelii annot. p. 26. — καταβαλλ., persolvere, Dem. XXIV, 40. δὲ μὴ καταβάλῃ τὸ ἀργύριον. — δεκάσιν οἱ πένητες, de conjunctivo post tempus praeteritum vid. ad Lib. Vit. Dem. § 11. Hesych. s. θεωρεῖν theatrales pecunias suppeditatas fuisse dicit: τοῦ καὶ τοὺς πένητας μετέχειν τῶν θεωρῶν. — λυπεῖσθαι, incommodis premi. Dem. VIII, 57. ἀν τι λυπησθε τῷ πολέμῳ.

§ 6. εἰς τοσοῦτον κτλ. quanquam plerique editores alteram lectionem receperunt, tamen rationem oīm initam teneo, quoniam εἰς τοὺς τόπους librario deberi videtur et in cod. U. apud Auger. ἔγειται τούτον scriptum est. Accedit quod cod. Y apud Bekker., quem vir egregius sequutus est, incertae est θεοί. — περὶ τὰς στρατείας, „ad expeditiones ebeundas.“ Wolf. Quod sequitur κατέστησαν inseruit conditioni, in qua quis est, describenda, Xen. Hell. II, 3, 17, ὅπως

στρατευόμενοι μισθὸν παρὰ τῆς πόλεως ἀλάμβανον, τότε δὲ ἐν ταῖς θεωρίαις καὶ ταῖς ἑορταῖς οἶκοι μένοντες διενέμοντο τὰ χρήματα· οὐκέτι οὖν ἡθελον ἐξείναι καὶ κινδυνεύειν, ἀλλὰ καὶ νόμον ἔθεντο περὶ τῶν θεωρικῶν τούτων χρημάτων, θάνατον ἀπειλοῦντα· τῷ γράψαντι μετατεθῆναι ταῦτα εἰς τὴν ἀρχαίαν τάξιν καὶ γενέσθαι στρατιωτικά. Τὸ διὸ ὁ Δημοσθένης εὐλαβῶς ἀπτεται τῆς περὶ τούτου συμβουλῆς, καὶ ὑπερωτήσας ἔαντον ὅτι „σὺ γράφεις ταῦτα εἶναι στρατιωτικά;“ ἐπιφέρει „μὰ Δί οὐκ ἔγωγε.“ τοσαῦτα μὲν περὶ τῶν θεωρικῶν διείλεκται δὲ ὁ ἄγταρ περὶ πολετικῆς δυνάμεως, ἀξιῶν αὐτούς στρατεύεσθαι καὶ μὴ διὰ ξένων, ὡσπερ εἰώθεσαν, ποιεῖσθαι την βοήθειαν· τοῦτο γὰρ αἴτιον εἶναι φησι τοῦ τὰ πρόγυματα ἀπόλλυσθαι.

§ 6. 10. ταῦτα] τε αὐτὰ Bk. 1816 et Auger.

αὐτὸς ἐν τῷ ἀσφαλεῖ καταστῆ. — μισθὸν, vid. ad Dem. IV, 29. — ἑορταῖς, Dem. I, 20 ὑμεῖς δὲ οὕτῳ πως ἄνευ πραγμάτων ταῦτα λαμβάνετε εἰς τὰς ἑορτάς. — νόμον ἔθεντο, hinc jubet Dem. III, 10, ut legislatores elegantur iidem, qui legem de pecunia theatrale latam-abrogent. „θεῖναι νόμον est legem ferre, θεῖσθαι νόμον, sancire. Hoc populus fecit, illud legislator Eubulus [Ol. 106, 3]. τῷ θεῖσθαι contrarium est τὸ λύσαι καὶ καταψηφισασθαι, abrogare legem.“ Wolf. cfr. Matth. § 492. Schaefer. App. III, p. 147. — ἀπειλοῦντα, vid. Wachsmuth H. A. II, p. 142. Plut. Sol. c. 8. legem commemorat, qua ei, qui de Salamine recuperanda verba faceret, poena capitalis proposita fuit.

§ 7. εὐλαβῶς. Hesych. εὐλάβεια expl. σεμνότης. Cautionem hanc intelliges ex ipsa or. I, 20. Vid. infra Arg. Ol. III, § 2. — ὑπερωτήσας, prius interrogare. Interpretes conferunt ὑπεριπτῶν a Dem. et Isocrate similiter usurpatum pro προειπεῖν. Schaefer. ad Schol. Apoll. Rh. p. 163. In Plat. Gorg. c. 38 ὑπερωτᾶν est captiose interrogare. — ὅτι, hac particula Graeci saepo utuntur in oratione directa ad verba aliorum afferenda. Dem. VIII, 31: ἀντὶ λέγη τις ὅτι „ληγεῖται, οὐ δέ οὔθε.“ Plat. Apol. S. p. 21 D, 23 B, 28 B, 34 D. Clinton p. 50 B. Men. p. 75 A. Vig. p. 548. Matth. § 624, b. Buttm. § 139. Rost § 184, n. 5. — τοσαῦτα, cf. Lib. vit. Dem. § 5. — πολετ. δυν., copiae, quae e civibus constant. Voemelius adfert Liv. 28, 44: „Carthaginiensi nihil civilis roboris est; mercede paratos milites habent.“ — ξένων, Dem. hanc rem saepe in orr. Olynth. et Phil. I. tangit; cfr. prolegg. in illas. — πράγμα. ἀπόλλ., noster epitolator Dem. IV, 46 in mente habuisse videtur, ubi haec: τὰ πράγματα δι τούτων ἀπόλωλεν.

ΔΗΜΟΣΘΕΝΟΥΣ

O A Y N Θ I A K O Σ Α.

1 Ἀρτὶ πολλῶν ἀν, ὃ ἀνδρες Ἀθηναῖοι, χρημάτων
νῦμᾶς ἐλέσθαι νομίζω, εἰ φανερὸν γένοιτο τὸ μέλλον
συνοίσειν τῇ πόλει περὶ ὃν νυνὶ σκοπεῖτε. ὅτε τοι-

§ 1, 1. ἀν οὐ. Σ.

§. 1. Ulpian. de nostra oratione haec habet: Πῇ μὲν νονθετή-
21 ἐλθόντα τὴν δόξαν ἔχειν· νῦν γαρ Θηβαῖοις πρὸς μὲν το τὴν χώραν πεκομέσθαι πέπρακταί τι, πρὸς δὲ τιμῆν καὶ δόξαν αἰσχυτα· εἰ γάρ μὴ παρῆλθε Φιλιππος, οὐδὲν ἀν αὐτοῖς ἐδόκει εἶναι. ταῦτα δ' οὐκ ἡβούλοντο, ἀλλὰ τῷ τὸν Ὀρχομενὸν καὶ τὴν Κορώνειαν λαβεῖν ἐπιθυμεῖν, μὴ δύνασθαι δὲ, πάντα 22 ταῦθ' ὑπέμειναν. Φιλιππον τούνν τινὲς μὲν δίπου τολμῶσι λέγειν, ὡς οὐδ' ἡβούλετο Θηβαῖοις Ὀρχομενὸν καὶ Κορώνειαν παραδοῦναι, ἀλλ' ἡναγκάσθη δγώ δὲ τούτοις μὲν ἐργάσθαι λέγω, ἐκεῖνο δὲ οὐδ'

§ 21. 2. πέπρακταί τι Σ, κάλλιστα πέπρακται *Bk. Dindf. Voem.*
1829. — 6. πάντα ταῦθ' Σ, ταῦτα πάνθ' *Vulg.* — § 22.
2. οὐδὲ Σ, οὐδὲ *Bk. 1824. Voem. 1829. — ibid. ἡβούλετο Reisk.*
(non Beckius, ut est in ed. Tur.) conjec., ἡβούλετο Bekk. Voem.
1829. Frank. Sed cfr. XIV, 15.

§ 21. Θηβαῖοις — πέπρακταί τι, res prospere gesta i. e. cessit Thebanis; vid. II, 3 ἡμῖν πεπρᾶχθα. Similem praepositionis πρὸς usum vid. I, 4 πρὸς τὰ τοῦ πολέμου ταχὺ πράττεοθα: quas intelligat h. l. regiones, ipse statim dicit. Ceterum τι quid sit, optime explicatur lectio vulgata κάλλιστα πέπρακται, cui Dindorpii patrocinium invideo. — οὐδὲν ἀντοῖς, nisi ille venisset, non sperare licuit Thebanis, fore, ut illa oppida recuperarent. Scilicet nullo opus est supplemento. Cfr. Benseler de hiatu p. 67. — ταῦτα δ' οὐδὲ ἡβούλοντο, ut Philippus per Thermopylas intraret et gloriam-belli finiti reportaret. — τὸν Ὀρχομενὸν καὶ τὴν Κορώνειαν, vid. ad Lib. Arg. § 1. et XIX, 112: εὖ δὲ Ὀρχομενὸν καὶ τὴν Κορώνειαν προσεκνθραπόδισται, et § 141: εστι Ὀρχομενὸς, Κορώνεια, Κορσιαὶ, τὸ Τιλφωσσαῖον, τῆς τῶν Φωκέων χώρας ὅσην ἡβούλοντο. De Coronae vid. Steph. Byz. s. v.

§ 22. Φιλιππον τούτου, „at enim Thebani non sunt amici Philippo, non enim libens illis concessit Orchomenum et Coronam, sed invitus: itaque ei nullam ferent opem contra nos, si postulet.“ *Doun.* — ἡναγκάσθη, Dem. VI, 14 haec: ἀλλ' ἐμισθη τῇ Δια τοι παρὰ γνώμην, τῷ Θετταλῶν ἵπποις καὶ τῶν Θηβαίων ὄπλοις ἐγράθεις ονειράρχης ταῦτα, ad quem locum jam ostendi, Oratorem id agere, ut ostendat Philippum omnia eo consilio fecisse, ut opes Atheniensium frangeret. *Boeckh. Staatsh. II. p. 371* contendit, Philippum invitem has urbes tradidisse; Demosthenes certe negat. — ἐργάσθαι, Hesych. ὕγαλτειν, eod. modo ut καίσειν, aliquid mīscum facere, hoc ju-

ὅτε οὐ μᾶλλον γε ταῦτ' ἔμελεν αὐτῷ ἢ τας παρόδους λαβεῖν ἡθούλετο καὶ τὴν δόξαν τοῦ πολέμου, τοῦ δοκεῖν δὲ αὐτὸν κρίσιν εἰληφέναι, καὶ ταὶ Πύθια θεῖναι δι' αὐτοῦ· καὶ ταῦτ' ἦν, ὃν μάλιστ' ἐγλίχετο. Θετταλοὶ δέ γε οὐδέτερον ἡθούλοντο τούτων, οὔτε 23 Θηβαῖονς οὔτε τὸν Φλιππον μέγαν γέγνεσθαι —

§ 22, 7. δι' αὐτὸν Auger. et Schaefer, δι' αὐτὸν cett. edd., vid. adn. — 8. δι' αὐτοῦ Σ ap. Dindf. et hic ipse 1846, δι' αὐτοῦ cett. edd. — § 23, 2. γίγνεσθαι Σ, γενέσθαι Vulg.

beo valere, non enim impulsus ab aliquo hoc fecit Phil., sed ut gloriam sibi pararet; XIX, 248: ἐργάσθαι πολλὰ φράσας τῷ σοφῷ Σοφοκλεῖ, coll. XVIII, 153. Vid. Bekk. Anecd. p. 243, 29 (ubi per κατεγγωλώς explicatur) et Dissen ad Dem. Cor. p. 323. Minus recte Weisk. hyperb. II. p. 32 n. 27: „non modo rem omnino neglectam, sed et negligentius, festinantis actam exprimit.“ — οὐ μᾶλλον γε — ἢ, non magis hunc rei studuit quam ut etc. Eodem modo Latini: Liv. III, 6. IV, 40. Nos: eben so sehr. In utraque lingua vetere res redit ad verborum rationem. Vid. Krüger Gramm. d. lat. Spr. § 588, 1. 2. Etenim Dem. repudians eos, qui nugentur: ηγαγκάσθη, imo dicit: aeque commoda Thebanorum cūræ erunt Philippo quam τὸ λαβεῖν, quod quidem non solum ad τὰς παρόδους (potiri angustiis), sed etiam ad τὴν δόξαν (nancisci gloriam) refertur. Ita in Eur. Phoen. 977. τιθέναι et ad νόσον (parare redditum) et ad πλευράς Θήβας (reddere Thebas inclytas) pertinet. — τὸν πολέμον, τοῦ δοκεῖν est attractio pro τοῦ δοκεῖν τὸν πόλεμόν εἰληφέναι, Wolfso recte interpretante. Locutus simillimus II, 4: τούτων οὐχὶ τὸν δρῶ τὸν καιρὸν τοῦ λέγεται. Vide G. T. A. Krüger Untersuchungen auf dem Geb. d. lat. Spr. III. p. 151 sq. — δι' αὐτὸν, non δὲ αὐτὸν, nam subjectum ad κρίσιν εἴληφε. est τὸν πόλεμον, ipso interveniente, ita differt a δι' αὐτοῦ. Schaefer meā rationē probavit, „ut nempe bellum hoc videbatur per ipsum (Philippum) debellatum et amputatum esse.“^{**} Reisk. Cfr. ad I, 5. — κρίσις est vox medica, quae de solutione morbi vel de repentina in melius aut deterius mutatione dicitur. — Πύθια θεῖναι, Pythii ludi Amphictyonibus commissi erant, in quorum numerum quum esset Phil. receptus (IX, 32), τιθησε μὲν τὰ Πύθια, τὸν κοινὸν τὸν Ἑλίγρων ἀγέντα, i. e. instituit. coll. Diod. S. XVI, 60, Tittmann p. 109 et Boehn. p. 425. — γλίχεται, Hesych. ἐπιθυμεῖ, bene Doun. „misere cupere.“ Cfr. XIX, 226: τῆς παρὸν ὑμῶν τιμῆς γλεχομένοις — ἀπαντᾶν. Locutus nostrum respicit Suid. s. γλίχεται, nisi quod μάλιστα omisit, item Bekk. Anecd. 131, 1.

§ 23. γίγνεσθαι, lectioni vulgatae (γενέσθαι) favet quidem id,

www.libtool.com.cn

ταῦτα γαρ πάντα ἐφ' ἑσυχούσι τὸ γένος —, τῆς Πυλαίας δὲ ἐπεθύμουν καὶ τῶν ἐν Δελφοῖς, πλεονεκτημάτων δυοῖν, κύριοι γενέσθαι· τῷ δὲ τούτων γλάχεσθαι τάδε συγκατέπραξαν. τῶν τούτων ἴδεν ἐνεχ' εὐρίσετε ἔκαστον πολλὰ προηγμένον, ὃν οὐδὲν ἡβούλετο, πρᾶξαι. τοῦτο μέντοι, ὅτι τοιωτόν δοτε, φύλακτέον ἔμεν.

§ 22. 3. ταῦτα γ. πάντα Σ, πάντα γ. ταῦτα Vulg. — ibid.
ἡγοῦντο Σ et Tur., ἡγοῦντο εἴραι cett. libri et edd. — 7.
διεχ' εὐρήσ. ἐπ. Σ, ἐπεικά. εὐρήσ. Vulg. — ibid. πολλά] εἰ
τὰ πολλά mg Σ. — 8. μέντοι Σ apud Dindf. et hic ipsae 1846,
cett. libri et edd. μὲν τοίνυν. Vid ad IV, 4. — ibid. τοιοῦτος
τοὺς] τοῦτο Σ Tur. Frank. Suspicioz τοιούτου.

quod infra recurrat κύριοι γενέσθαι, sed Thebani et Philippus potestiam jam nacti (*yīggēdai* i. e. fieri et esse, Engelh. p. 27), Thessali sua commoda nondum adepti erant (*γενέσθαις*). — ἐφ' ἑσυχούσι τὸ γένος, sibi contraria esse censebant. Vulgo additur εἴραι, sed quum satis constet, quoties in enuntiationibus praedicativis, quae dicuntur, hoc verbum omissatur, quumque ἐφ' ἑσυχούσι i. q. ἑσυχία praedicati locum sustineat, non concedam Webero, qui in commentario ad Aristocr. p. 509 nostrum tractat locum, neganti istam omissionem linguae ratione ferri. Satis eam tuetur Funkhaen. Obss. crit. in Philipp. III. p. 11. Cfr. Soph. Antig. 1167: δυναχόντος γένουμας γερέος. — τῆς Πυλαίας, Harpocr. Πυλαία ἀκαλεῖτο η εἰς τὰς Πύλας εὑρόδος τῶν Ἀμφικτυόνων. De jure Amphictyonicae dignitatis vid. ad Anon. Arg. § 1 et Tittmann p. 78, n. 10. — τῶν ἐπ. Δελφοῖς sc. δικαιωτ. Thessali Amphictyoniam, cuius olim participes fuerant, intercedente Philippo recuperare studebant, Dem. XIX, 318. Jam Reisk. communia post Δελφοῖς posuit et delevit post πλεονεκτημάτων, nam haec πλεονεκτήματα δύο erant ludi Pythi et Amphictyonia; non probbo Weiskium de hyperb. III. p. 7 n. 4 et Goellerum Prolegg. p. 28 n. 12, qui πρεμαρτσιαν et τὸ τὰ Πύθια θεῖραι intelligunt, nam illa erat Atheniensium. Wesselungii sententia (ad Diod. Sic. XVI, 60) de bimis suffragiis in Amphictyonia prava nititur interpunctione nostri loci. „Sacerdotum auctoritas, de qua hic agitur, ea est, quam Amphictyones habebant in Apollinis templo et in Pythiis iudicis.“ Lucches. — τάδε sc. ut Phocenses frangerent. — πολλὰ προηγμ. vid. ad § 14. Ante πολλά vulg. εἰς τὰ additur, quae verba ex VI, 2 (εἰς τούτο ἡδη προηγμένα τυγχάνει πάντα τὰ πρόγματα) fluxisse arbitror. H. I. πολλά ad πρᾶξα referendum.

www.libtool.com.cn

„Τα κελευμένα ἡμᾶς ἀρα. δεῖ ποιεῖν ταῦτα φο- 24
ρουμένους; καὶ σὺ ταῦτα κελεύεις;“ πολλοῦ γέ καὶ
δέω, ἀλλ’ ὡς οὐτε πράξομεν οὐδὲν ἀνάξιον ἡμῶν
αὐτῶν οὐτ’ ἔσται πόλεμος, νοῦν δὲ δέξομεν πᾶσιν
ἔχειν καὶ τὰ δίκαια λέγειν, τοῦτ’ οἶμαι δεῖν ποιεῖν.
πρὸς δὲ τοὺς Θρασέως ὄντιον οἰομένους ὑπομεῖναι
δεῖν καὶ μὴ προορωμένους τον πόλεμον ἐκεῖνα βού-
λομαι λογίσασθαι. ἡμεῖς Θηβαίους ἐῶμεν ἔχειν Ὡρω-
πόντας καὶ εἴ τις ἔροιτο ἡμᾶς κελεύσας εἰπεῖν τάληθῆ,
διὰ τί; „ἴνα μη πολεμῶμεν,“ φαῖμεν ἄν. καὶ Φι- 25

§ 24, 1. ἀρα Vulg. et Σ ap. Dindf., ἀρα omnes edd. — 4. νοῦν
δὲ Σ, νοῦν τε Vulg. — 5. οἴμαι] οἴομαι Bk. 1816. — ibid.
δεῖν ποιεῖν Σ, δίκαιον Vulg. et Bk. 1816. — 6. ὑπομεῖναι Σ,
ὑπομένειν Vulg. et Bk. — 10. φαῖμεν Σ, φαίμεν Vulg.

§ 24. τὰ κελευόμενα sc. ὑπὸ τοῦ Φιλίππου καὶ τῶν Ἀμφίκτυ-
ων, quae vel Amphictyones vel Philippus jusserint, ut hic in illorum
conventum recipiatur, ne in commune incurramus bellum. — ἀρα,
hanc lectionem vulgatam confirmat Σ; optimè quadrat in hanc ὑπο-
θεσί, ut eam revocare non dubitaverim. Hermannus ad Vig. p. 823
haec: ibi usurpatur, ubi responsio exspectatur negans id, de quo erat
disputatum. — ὡς οὐτε πράξομεν — δὲν ποιεῖν, „cum orator
jam in fine sit orationis, non potest dicere οἶμαι δίκαιον, sed ad δεῖν
ποιεῖν supplendum est ἡμᾶς vel ὑμᾶς; enunciatum autem hoc ὡς οὐτε
— δέξομεν πᾶσιν ἔχειν, quod ex verbis οἶμαι δεῦν ποιεῖν pendet, rela-
tive accipiendo est.“ Engelhardt. p. 44. Sensus: sed quomodo nihil
indigent faciamus republ. neque bellum oriatur, hoc faciendum esse
nobis puto: — τὰ δίκαια λέγειν, „si quae erunt criminationes, eas
Athenienses facile pôterunt diluere.“ Schaefer. — δεῖν ποιεῖν,
lectio vulg. δίκαιον jam dudum explosa e XIX, 135 et XXIII, 6 nescio
quo casu hue devenisse videtur. — πρὸς δὲ τοὺς, Wölf. aut post
πρὸς δὲ comma ponit vult, aut haec verba deleri. Sed strue haec
cum ἔντεινα βούλομαι λογίσασθαι, adversus eos, qui putant, haec volo
perpendere i. e. tis perpendendum tradere, aut, ut Reiskii verbis
utat in Ind. Gr. tis ad animum revocare. Θρασέως non ad οἰομέ-
νους referendum, sed ad ὑπομεῖναι, atdacter suscipere. — ἔκεινα
ad seqq. spectare vidimus II, 24. De Oropo disputatum est ad Lib.
vit Dom. § 6.

λίπιων νυν κατὰ συνθήκας Ἀμφιπόλεως παρακεχωρήκαμεν, καὶ Καρδιανούς ἐῶμεν εἶώ Χερδόνησιστῶν τῶν ἄλλων τετάχθαι, καὶ τον Κᾶρα τὰς νήσους καταλαμβάνειν, Χίον καὶ Κῶν καὶ Ρόδον, καὶ Βυζαντίους κατάγειν τα πλοῖα, δῆλον ὅτι τὴν ἀπὸ τῆς εἰρήνης ἑσυχίαν πλειόνων ἀγαθῶν αἴτιαν εἶναι νομί-

§ 25, 2. κατὰ Σ et Bekk. Anecd. p. 161, 23, κατὰ τας Vulg. Bk. Dindf. Voem. — 3. Χερδόνησιστῶν Σ Bk. 1816, 25 et 35, Χερδόνησιστῶν Bk. 1824. Dindf. Voem. Frötsch. — 5. Κῶ Σ, Κῶ Vulg. cfr. XV, 27.

§ 25. κατὰ συνθήκας articulum vulg. interpositum omisi, nam ad quasdam voces ut δόμος, πάτητο, στράτευμα, τόπος omitti solet, vid. Schaeff. App. I. p. 179. Reccl. Frank.: vertragsmässig. — Αμφιπόλεως, hæc fait conditio pacis cum Philippo, ut ea, quæ occupaverat, retineret, Proleg. § 3. παραχωρεῖν cum genitivo struitur, ut XVIII, 68: ὅστις τῆς τῶν Ἑλλήνων ἐλευθερίας ἔθελοντας παραχωρῆσαι Φιλίππῳ. Locum nostrum vid. in Bekk. Anecd. 161, 24. — Καρδιανοὺς, Cardia urbs Chersonesi, quam Cersobleptes, Chersoneso Atheniensibus tradita, retinuerat. Itaque Dem. XXIII, 169 Cardianos dicit ἔχθρον Atheniensium. Qui quum, Cersoblepte per Philippum devicto, illam sibi vindicare vellent, haec se in regis fidem recepit, ita ut in epistola (XII, 11) scribat: Καρδιανοῖς δὲ φριμοῦ βοηθεῖν, γεγονὼς αὐτοῖς πρὸ τῆς εἰρήνης σύμμαχος. — Χερδόνησιστῶν, hanc formam tenui obsequutus Bekkero, Lobeckio ad Phryn. p. 700 et Schneidero ad Xen. Hell. III, 2, 8. — Κᾶρα, Cariae, Atheniensium olim sociae (Thuc. II, 9), rex Mausolus Ol. 105, 3 Chilis ceterisque, qui bellum sociale contra Athenienses gerebant, auxilium tulerat. Diod. Sic. XVI, 7. Idem Chium, Con et Rhodum in potestatem suam redigere volebat, Dem. XV, 3: Μαύσωλος τὴν Ἰλενθερίαν αὐτῶν (Ροδίων) ἀφηγμένος. Hoc mortuo Artemisia soror et conjux ad biennium successit, quam frater excepit Idrieus; hunc intellige per τὸν Κᾶρα et conf. Clinton Fast. Att. p. 298 sqq. — Κῶν, non recte præcipit Buttmann a. Gr. I. p. 157 formam Κῆ usitatiorem esse. Mecum sentire video Popponem Ptoleagg. Thucyd. I, 1, 220. Vid. Duck. ad Thuc. VIII, 41. — Βυζαντίους κατάγειν τὰ πλοῖα, Hesych. εἰς τὸν ναυσταθμὸν ἀγειν. Deduxerunt naves ad oram, aut ut inde merces sumerent (Noster L, 5: Βυζαντίων καταγόντων τὰ πλοῖα ἔνεκα τῆς ἴδιας χρείας τοῦ σιτου, coll. § 17, aut ut certa vectigalia nautae penderent, das Stapelrecht ausüben (XX, 77). Hic sensus nostri loci. Vid. Pinzger ad Lycurg. in Leocr. p. 183. Nam quum Athenienses e Chersoneso Taurica frumenta importarent, sacerde

www.libtool.com.cn
 ζοντες ἡ το προσκρούειν καὶ φιλονεικεῖν περὶ τούτων. οὐκοῦν εὔηθες καὶ κομιδῆ σχέτλιον, προς 26 ἔκαστονς καθ' ἓν οὗτω προσενηγμένους περὶ τῶν οἰκείων καὶ ἀναγκαιοτάτων, προς πάντας περὶ τῆς ἐν Δελφοῖς σκιᾶς νυνὶ πολεμῆσαι.

§ 25, 8. φιλονεικεῖν Σ, τὸ φιλονεικεῖν Vulg. — § 26, 1. οὐκοῦν οὐκ οὖν Turic. — 2. οὐ τα Σ, οὐτωὶς ἥδη Vulg. Bk. 1816. — 4. πάντας Σ, ἄπαντας Vulg. Voem. 1829. Frotsch.

ctum videtur, ut Byzantii, quorum urbs sita est ad Bosporum Thracium, naves deducerent. Byzantiis vero cum Atheniensibus fuisse similitates patet ex VIII, 14. Boehneck. p. 394 n. 2 credit, Byzantios inter Philippi socios pace inclusos esse, sed hac abutentes naves intercepisse. — φιλονεικεῖν, ne articulum ante h. v. desideres, vid. h. or. § 22 et Schaeff. App. II. p. 285.

§ 26. οὐκοῦν, extremum hunc locum ejusdem paragraphi (§ 25) vinculo Bekkerus et Turicenses cum praecedentibus verbis conjunxerunt, Voemelius, Reuterus et Frotscherus disjunxerunt, hos sequutus sum. — εὐηθες vid. ad II, 6 et Bekk. Anecd. p. 243, 12 explic. εὐηθης per χρηστοήθης. καὶ ὁ βλάξ, καὶ ὁ μωρός καὶ ἄνους. Formula ἔκαστονς καθ' ἓν, singulatim, ad ejusd. or. § 24 explanata est. — οἰκείων καὶ ἀναγκ., illud refer ad oppida, hoc ad victimum. — τῆς ἐν Δελφοῖς σκιᾶς, res viles Graeci significant per σκιάν. Soph. Antig. 1170: τὰλις ἦγε καπνοῦ σκιᾶς οὐκ ἀν πριαίμην. Pind. Pyth. VIII, 135: σκιᾶς ὄναρ ἀνθρώπος. Harpocrat. p. 292 enarrat, Didymo auctore, hanc formulam desumptam esse a proverbio περιέθρου σκιᾶς (Aristoph. Vesp. 191, ubi vid. schol.), quod referatur ad eos, qui de rebus nihil contendant. Bekk. Anecd. p. 243, 30. Phot. Lex. p. 339, 10 et p. 424, 6. Demosthenes intelligit Amphictyoniam. Weiskii et Goelleri sententiam refutavi ad § 23. Cfr. Tittmann l. l. p. 153. Post τολμῆσαι cum Reiskio, Auger. et Bekkero plene interponxi, Beckius, Jacobsius et Turicenses signo interrogandi.

www.libtool.com.cn

EXCURSUS DUO

I.

DE DEMOSTHENE,

II.

DE PHILIPPO.

www.libtool.com.cn

EXCURSUS I.

DE

D E M O S T H E N E.

§ 1.

De vitae Demosthenis scriptoribus.

In brevissimo hoc de summo oratore excursu facile principem locum sibi vindicant qui de ejus scripserunt vita. De qua etsi ipse *Demosthenes* exponere noluit, tamen non potuit quin item intendens tutoribus¹⁾ et causam agens Midianam²⁾ non minus orationibus contra Aphobum (cfr. XXVII, 7—12. 49. XXVIII, 17. XXIX, 3. 59), Onetorem (XXX, 6 sqq. 15³⁾) et Midiam (XXI, 13—22. 81—93. 103—107. 116. 219) res suas immisceret quam de Corona (XVIII, 10. 25. 79) et de falsa Legatione (XIX, 207. 215⁴⁾). Et in his quidem⁵⁾, quas extremo loco dixi, orationibus impugnat Aeschinen ejusque diluit criminationes, quas hic effuderat in actionibus de falsa Legatione et contra Ctesiphontem; utrumque igitur auctorem esse comparandum, ut judicium fiat subtile et certum, quis est quin videat? Atqui ut virtutis amplitudinem,

1) *Westermann.* Quaest. III. p. 8—18.

2) Ibid. p. 18—30.

3) Vid. ad Libap. vit. Dem. § 7.

4) Orationes haec ita locis et argumentis refertae sunt, ut plura nominare non attineat.

5) *Westermann* l. c. p. 30—60 et *A. G. Becker.* Die Reden des Dem. u. Aesch. über die Truggesandtsch. Quedlb. 1835.

www.libtool.com.cn

quae fuit in Demosthene, quasi in altera librae lance ponas, tamen summa cautio scripta illa excutientibus adhibenda est. *Demadis*⁶⁾ vero et *Dinarchi*, quae ille in fragmento adhuc reliquo (Orat. Att. ed. Bekker. Tom. III. p. 486) et hic propter causam Harpalicam⁷⁾ in singulari oratione, quae, si quidem genuina est, magnam partem — quod recte vidit Westermannus⁸⁾ — ex Aeschiae deprompta est, in nostrum oratorem effutierunt, invidiae debentur et obtrectationi, ut non sit cur in iis rescidendis versemur⁹⁾.

Alterum fontium genus sunt ipsi historici. Praeter *Liberium*, cuius libellum, jejunum illum quidem et sterilem, at cognitione dignum, huic editioni praefigendum curavimus¹⁰⁾, *Plutarchus* in *Vitis* parallelis vitam nostri oratoris descripsit¹¹⁾, ita ut ex auctoribus veteribus utilissima quaeque¹²⁾ in unum colligeret, quanquam hos ipsos paulo levius perlustrasse nec ubique vera a falsis distinxisse videtur¹³⁾. Ab eodem scriptore opuseulum in *Vitis X Oratorum* profectum esse ut olim mihi, praeceunte Ruhnkenio apud Reisk. Orr. T. VIII. p. 180, improbable visum est, ita Westermannus, quanquam Beckeri, cui nuper Bochneck. p. 88 et 671 confidentius assensus est, Plutarchum defendantis sententiam amplexus erat¹⁴⁾, tamen nunc

6) Lhardy de Demade. Berol. 1834 et Pluyers de Demade. Hag. Com. 1836.

7) Eyeell Dem. a suspitione acceptae ab Harpalio pecuniae liberatus. Marb. 1836. Niebuhrius (verm. Schr. p. 481) haec: es wäre doch Zeit, dass das alte Lied von der Bestechung durch Harpalus verstummte.

8) Quaest. Dem. III. p. 87 sq.

9) Becker Lit. des Dem. p. 8. Ranke I. c. p. 52 sq.

10) Vide quae de hoc scriptore supra p. 3 dicta sunt.

11) Edid. Hutton 1795 et 1820, Wyttbach in select. princ. histor. 1827 p. 357—388, Frotscher 1828.

12) Westermann. com. de auctoritate vitt. decem oratt., quae ipsi editioni praemissa est, p. 13 et Qu. Dem. IV. p. 82.

13) Becker's Uebersetz. vor den Phil. d. Dem. p. XXXV et Lit. d. Dem. p. 10. Ranke p. 56. Westerm. Qu. IV. p. 46 seqq.

14) Becker über die Schrift Plutarchs Leben der X Redner in der Uebersetz. d. Andocid. Quedlibg: 1882 p. 111—132. Westerm. in com. de auctoritate libri X Orr. et Qu. IV. p. 56—71. Adversarium

in editione *Büyapaper* (Brunsvig. 1845 p. 98) recte mentem mutavit. Atqui illud non omnino repudiandum est, imo habet quae in nostram recte conferri possint: nam auctor, licet incondite¹⁵⁾, sua hauxit e Ctesibio, Philochoro, Heliodoro, Demetrio et Hegesia, ut lectioni oratorum commode instituendae inserviret. *Lucianus* in encomio Demosthenis, quod fuerunt qui jure pro spuriо ducerent¹⁶⁾, habet quae ingenium fertile et facetum produnt lectuque digna sunt, vid. § 3 huj. ex. De *Zosimi* et *Anonymi* vita Dem. (Orr. Tom. IV, p. 145—159) Reiskius ita: „Zosimi quidem opusculum, ut orationis infans et spurcicie, ita nugis quoque anilibus et commentis in veritatem rerum historicam abnormiter impingentibus putidisque fabellis scatet. Posterior, est illud quidem paulo terius, sed in se ipsum quoque leve. Ambo illa opuscula nihil nos docent, quod non dudum nossemus, aut ea nobis persuasum erunt, quae nunquam committemus ut nobis persuadeantur“¹⁷⁾. *Photius* bibl. cod. 265 (p. 490—495 ed. Bekk.) de Demosthenе tradit quae ex aliis, in primis e Plutarcho et Pseudo-plutarcho, mutuatus erat. Vix novi quidquam ex eo accipies, licet non temere in re sua versatus ea elegirit, quae vel ad vitam oratoris et publicam et privatam vel ad causas ab eo perlatas pertinerent¹⁸⁾. *Suidas* (T. I. p. 922 ed. Gaisf.) tria fragmenta de vita Demosthenis (s. v. *Ἀγωσθένης*) congesit, quorum illud, quod secundum tenet locum, ceteris facile pra-

practer *Frankium* in Jahrb. für Philol. XII, 2 p. 212 sqq. nactus est A. Schaeferum de libro vitt. X. Orr. Dresd. 1844 p. 29—38.

15) Hier. *Wolfius* haec: „vita haec Plutarcho adolescenti, ut videtur, congesta potius quam digesta, quam etsi plurimis locis depravata etiam, tamen qualis est, non omittendam consumimus.“ Vid. A. Schaefer. p. 37.

16) Vid. quos laudat *Becker* Lit. d. D. p. 29, qui encomium auctori non vult derogari adversante Westermanno Qu. IV. p. 85, magis etiam Rankio p. 59. Utrique huic adsentior.

17) *Becker* Lit. d. D. p. 14. Westermann Qu. IV. p. 88 et de auct. libri X. Orr. p. 10. Meier Prooem. Dem. Mid. p. XX.

18) *Westerm.* l. c. p. 72—75. A. Schaefer, judicans de Westermannii edit. *Büyapaper*, scite et accurate de Photio egit in Z. f. Alterth. 1848 p. 252 et p. 259 sqq.

tuleris¹⁹⁾. Largam denique materiem scriptorum vel deperditorum, qui de Oratore egerunt, habet Taylor in Reisk. Orr. T. VIII. p. 738 sqq.

Eorum, qui a renatis litteris Demosthenis vitae operam dederunt, agmen dicit Andr. Schottus, qui eam ad annos digessit²⁰⁾. Praefixam legis editioni Hieronymi Wolffii, immortaliter de Oratore meriti. Reliquos scriptores enumeraveret Vömelius in comment. p. 4 sq., A. G. Becker Liter. d. Dem. p. 16. 186 et 301, Westermann²¹⁾ Gesch. der griech. Bereds. p. 106 et in Pauly Real-Encycl. der class. Alterthumsk. Tom. II. p. 958; Ranke l. c. p. 59. Post horum virorum egregiorum operam nihil fere est, quod addam, nisi: Cassius allegem: Einleitung in die Lectüre der Demosthenen. Reden Lissa 1839 p. 59. Non pauca reperies, quae huic spectant, in Ew. Stechow de Aeschinis vita. Berol. 1841. Quoniam vero Beckerus p. 18 imaginum Demosthenis mentionem injectit, confer: Ueber die Abbildungen des Dem. von Schröder, Braunschweig. 1842, qui ostendit eas imágines, quae barba ornatae sint, esse genuinas. Jahrb. f. Philol. XLV, 3. p. 262. Addam denique Photii verba bibl. cod. 265. p. 495, 5: ἔστι δὲ αὐτοῦ εἰκὼν ἐν τῷ προτατέλῳ περιεζωσμένη ξέφος et paullo post: τὴν εἰκόνα ἀνεθεσσαν ἐν τῇ ἀγορᾷ²²⁾.

§ 2.

De anno natali Demosthenis.

Veniendum est ad rem diu multumque agitatam, annum dicere natalem Oratoris, de qua exponens aliorum scriptorum opinionibus, quas deinceps subjiciam, omissis ipsa Demosthenis vestigia legenda.

19) Westermann. Qu. IV. p. 91.

20) Tabulas chronologicas orr. Dem. conscripserunt Jacobs Uebers. p. 628. Winiewski p. 363. Franke in ed. Dem. IX Phil. p. 261. Becker Dem. als Redn. u. Staatsm. p. 573. Bochnecke p. 724. Ruediger in calce h. ed.

21) Cfr. Ejusdem censuram aliquot scriptorum de Demosthene; quae in Gallia prodierunt, in Jahrb. f. Philol. XII, 2. p. 182 sqq.

22) Winckelmannus (Gesch. der Kunst p. 710) describit imaginem Demosthenis gypseam, quae anno 1768 reperta fuit.

esse arbitror²³⁾). Hic enim in oratione Midiana p. 564, 19 ed. R. XXI, 154 Bk. dicit de se: ὁς δύο καὶ τριάκοντα ἔτη γέγονα. Quare illam orationem habens natus fuit *triginta duo* annos. Quod si factum est, id quod Boeckhius acutissime vidit²⁴⁾), Ol. 106, 4 (352 a. Chr.), patet, Demosthenem natum esse Ol. 98, 4, exente, anno 385 aut ineunte 384 a. Chr. Haec sententia confirmatur dupli locorum genere; in alteris dicit XXVII, 6 coll. § 69 (Aphob. I. p. 814 et 835), se post mortem patris, quem septennis amitterebat, decem annos sub tutela fuisse. At noli premere numerum rotundum, nam quum XXXI, 14 (Onetor. II. p. 880) quaerat: οὐχ ὅλοις ἔτεσι πρότερον δέκα τάμα λαβών, σίχεν ἐκένος. ὡν ὥφεις τὴν δίκην; probabile est, Demosthenem amplius decem annos tutorum usum fuisse patrocinio. Alterum genus locorum pertinet ad nuptias Aphobi, qui fuit e sorore patris Dem. natus. Etenim Dem. XXX, 15 (Onet. I. p. 868, 1) dicit: ἐγήματο (Ἀφορὸς) ἐπὶ Πολυζήλου ἀρχοντος Συροφορῶνος μηνὸς· ἐγὼ δὲ εὐθὺς μετὰ τοὺς γάμους δοκιμάσθησίς ἐνεκάλουν. Neque vero secum pugnat Orator ejusd. or. § 17: μετὰ τοῦτον τὸν ἀρχοντα (Polyzelum) Κηφισόδωρος. Χίλι. ἐπὶ τούτων ἐνεκάλουν δοκιμασθεῖς, modo ἐπὶ τούτων cum ἐνεκάλουν struas, non cum δοκιμασθεῖς²⁵⁾). Ergo nupsit Onetoris

23) Eandem rationem init Rankius l. c. p. 58 sqq.

24) Ueber die Zeitvérhältn. der Dem. Rede gegen Meidias in den Abb. der Berl. Akad. d. Wiss. p. 81 sqq. Staatshaush. II. p. 62 et 109. Cfr. Becker Dem. als Redn. u. St. p. 7 et Lit. des Dem. p. 57 et Westermann Qu. III. p. 28, quanquam in diss. de litis instrumentis, quae extant in Dem. Mid. Lips. 1844 p. 11 ad Boehnecke's inclinat sententiam. Hic enim l. l. p. 8—49 cum Dionys. Halic. in ep. ad Amm. VI. p. 724 altisque, qui hunc sequuti sunt, orationem Mid. ad Ol. 107, 4 pertinere multis argumentis contendit, quae partim Voe-mellus subvertit in Zeitsch. f. Alterthw. 1846, Nr. 17. p. 131.

25) „Antequam juvenes inscriberentur, examen (δοκιμασία) sub-eundum erat, essentiae civilibus munis obeundis idonei et, si pupilli erant, possentiae ad rem familiarem administrandam admitti.“ Schoemann Ant. jur. p. Graec. p. 198, 13. Cfr. Voemel. Z. f. Alterthw. 1846 Nr. 16 et Petersen ibid. Nr. 74, qui haec: „das vollendete 18. Jahr das Alter der Volljährigkeit, 2 Jahre Kriegsführung, dann Eintritt in das Heer. Die Einregistirung ging vor sich d. 21—24 Thargelion.“ Eloquutiones autem δοκιμασθῆται, εἰς ἄνδρας, εἰς ληξιαρχικὸν ἤγγαρθηται;

soror Aphobo Ol. 103, 2 (366) archonte Polyzelo, quum Demosthenes natus esset annos XVIII²⁶). Atqui huic computationi quispiam dixerit obstare Libanum in vit. Dem. § 6 et Plutarchum c. 5 referentes, Oratorem vel eo ad artem, quam deinceps profitebatur, maxime impulsu fuisse, quod Callistratum causam Oropicam, de qua exposui ad Lib. vit. Dem. § 6, dicentem, venia magistri impetrata, audiverit. Quae causa quum pertineat ad Ol. 103, 2, Demosthenes annum XIX agens huic sane quidem interfuit, sed *sine paedagogo*, cuius disciplina illi auctores juvenem usum fuisse tradunt. Longum est enarrare, quibus rationibus viri docti hanc difficultatem expedire et quasi extricare conati sint: nimirum recurro ad sententiam olim a me prolatam, utrumque istum scriptorem²⁷) confudisse duo tempora, quibus Demosthenes audierat Callistratum²⁸), unum, antequam inter viros receptus erat, alterum post hanc cooptationem, quum ille Oropicam causam agebat. Bis igitur adolescens audivit Callistratum²⁹). Rehdantius (Vitt. Iphicr. Chabr. Tim. p. 111) haec: „non dubium est, quin Callistratus de Oropo causam egerit quandam eumque tum Demosthenes adolescentulus (?) audierit.“ Postquam varias de anno natali sententias protulit, pergit: „ut est, intra annos 369 et 368 Dem. audivit Callistratum τὴν περὶ Ωρωποῦ δίκην dicentem.“ Recte. Ergo causae Oropicae auditio nostrae opinioni de anno natali non officit, quam et ipsam praeiverunt auctor³⁰) vitt.

κύριον γενέσθαι τῆς οὐοίας, etsi per se diversae, tamen temporis ratione aut parum aut nihil differunt. Discrimen statuit Boehneckius, quem vide p. 52—72 et 671.

26) Weisk. d. hyp. III. p. 15. Becker Dem. als Redn. u. St. p. 415. — Litem Demosthenes tutoribus intendit Ol. 104, 1.

27) Ipse Libanius dicit § 6: φασιν, οἴμαι, (τὴν δίκην) περὶ Ωρωποῦ.

28) De hoc oratore vid. ad Lib. vit. Dem. § 6 et Becker ad Lycurg. Leocr. p. 176.

29) Westermann. Qu. III. p. 6. n. 13 et Jahrb. für Philol. XII, 2. p. 188, Frankius ibid. XXV, 2. p. 309.

30) Hic libellus etsi habet quae temere scripta videntur (Seebeck Z. f. Alterthw. 1838 p. 322 et A. Schaefer in commentatione supra designata), tamen nemo dixerit, omnia, quae in eo continentur, profligata esse et perdita.

X oratt. p. 845 D (p. 73 ed. Westerm.), F. A. Wolfius ad Lept. p. LXII, Boeckh. Staatsh. II. p. 109, Weisk. de hyperb. III. p. 14, Westermann Gesch. d. gr. Bereds. p. 103 et in comm. de auctorit. libri X Oratt. p. 17—22, Voemelius in comm. p. 6 et in censura libri Boehneckii, A. G. Becker, Thirwall in Mus. Cantabrig. Febr. 1833, n. V. p. 389—411, alii. Huic sententiae proxime accedunt Ranke (Encyclop. XXIV. p. 62) et Seebeck (Zeits. f. Alterthw. 1838 Nr. 39—42), qui Ol. 99, 1, et Droyzen (Rhein. Mus. für Philol. IV, 3 p. 406—438), qui ejusd. Ol. anno 1. aut 2. Oratorem natum dicunt. Paullo longius discedunt Clinton (Fast. Alt. p. 360), Brückner (Koen. Phil. p. 326 sqq.) et C. F. Hermann (epicrisis de Dem. die natali. Gotting. 1845) annum natalem ad Ol. 99, 3 rejicientes, quem quidem probaverit qui Gellii (XV, 28) auctoritatem sequutus orationem Androtioneam — Ol. 106, 2 — a Demosthene annos nato septem et viginti scriptam esse contendit. At quum Plutarchus vit. Dem. c. 15 dicat: δοκεῖ δνοὺς ἦ τριῶν δέοντα διη τριάκοντα γεγονός ἐξεργκεῖν τοὺς λόγους ἔκεινους (κατ' Ανδρού. καὶ Αφιστοχράτ.), ita ut rem incertam reliquerit³¹⁾, Gellio fides et in hac re et in anno mortis deroganda videtur. Etenim ibidem haec: „Vixerunt quoque (Cicero et Dem.) non nimis numerum annorum diversum, alter tres et sexaginta annos, Demosthenes sexaginta.“ Atqui certum est, Demosthenem Ol. 114, 3 (322) diem supremum obiisse, quod si acciderit sexagenario, natus fuit Ol. 99, 3. Si autem annus natalis incidit in Ol. 98, 4, Demosthenes egit annum sexagesimum secundum, quum obibat. De qua re in quam diversas abierint partes, videsis e Photio; qui bibl. p. 495, 2 scribit: εἴλω, ὡς μὴν οἱ τὰ πλείω λέγουσιν, διη ἀβδομήκοντα, ὡς δὲ οἱ τὰ ἀλάττω, διπά καὶ ἐξηκοντα. Proxime igitur ad veritatem Gellius accessit, cuius vestigia premenda esse negavi. Ex iis, quae disputata sunt, apparet plerisque nostrantium improbari Dionysii rationem, olim divulgatam, Oratorem Ol. 99, 4 (381) natum fuisse. Nihilo secius praeeunte Schotto, Meursio, Scallgero, Tayloro nuper C.

31) Cfr. de hoc loco Westermann. Qu. IV. p. 50, quocum or. Androt. non ad 31. annum aetatis, sed potius ad 30. referenda est.

G. Boehnektus ³²⁾, quo est ingenii acumine, eam retractavit et certis argumentis munire sibi visus est; summam eorum subjiciendam curavi, quo facilius circumspicerentur. Scilicet cardo rei versatur in anno orationis Midianaec recte constituendo. Jam in hac ipsa (XXI) § 161 Dem. dicit: ἐγένοντο εἰς Εὐβοϊαν ἐπιδόσεις παρ' ὑμῖν πρώται. Quaeritur, ad quod bellum Eubolcum hae largitiones ³³⁾ pertineant: neque ad Ol. 105, 3 neque ad Ol. 109, 4, bene vidit Boehneck, p. 10, conjiciens Ol. 107,

32) Forschungen p. 1—95 et p. 668. Addam disputationis finem p. 93: „Die Resultate der Untersuchung wollen wir zusammenstellen. 1. Dem. ist Ol. 99, 4 zu Anfang des Herbstes geboren; da sein Todestag auf d. 16. Pyanepsion fällt Ol. 114, 3, so ist er im 60. Jahre gestorben. Gell. XV, 28. 2. Demosthenes Vater starb Ol. 101, 3, als der Sohn gerade 7 Jahr alt war, die Vormundschaft des letzteren dauerte bis zu seinem 16. Jahre. Ol. 103, 3 wurde er für Mann erklärt und hierdurch mündig (?). In seinem 18. Jahre Ol. 104, 1 brachte er die förmliche Klage gegen Aphobos an den Gerichtshof. 3. Die Beleidigung, welche Dem. als Choreg vom Meidias erlitt, geschah an den Dionysien im Elaphebolion Ol. 107, 3. Die Rede gegen Meidias ist in dem ersten Viertel des folgenden Jahres Ol. 107, 4 abgefasst, als Dem. 32 J. alt war. 4. Der Euboeische Feldzug, der von Athen zu Gunsten des Plutarchos, Tyrann von Eretria, unternommen wurde, fällt Ol. 107, 3/ 5. Nicht lange vor demselben, also in der ersten Hälfte von Ol. 107, 3 hatten die Athener den Olynthiern Hülfsstruppen gesandt. 6. Des Apollodoros Psephisma über die Verwendung der Theorica zur Kriegsführung wurde zu Anfang des Frühjahrs Ol. 107, 3 vorgeschlagen. 7. Die Demosthenesche Rede gegen Böotos ist gegen Ausgang von Ol. 107, 3 niedergeschrieben. 8. Die Sommer-Nemeade wurde in dem Sommer gefeiert, welcher auf den Frühling des 3. Olympischen Jahres folgte. 9. Bei den Athenäern wurde die δουκασία oder ἔγγραφή εἰς ἄνδρας nach zurückgelegtem 15., in der Regel des 16. Jahres vorgenommen, sie hatte dieselbe Bedeutung, wie bei den Römern das Anlegen der toga virilis. 10. Die Mündigkeit erfolgte in Athen bei den Waisen mit der δουκασία εἰς ἄνδρας, bei den Söhnen der Epikleren gesetzlich nach Beendigung des 2. Jahres ihrer Pubertät, d. h. frühestens nach zurückgelegtem 16. Jahre. 11. Die ἔγγραφή εἰς ληξιαρχὸν γραμματεῖον ist von der δουκασία εἰς ἄνδρας durchaus verschieden, sie erfolgte nach erlangter Mündigkeit, durch sie wurde der Anfang der Attischen πολιτεία beurkundet. (?)

33) Vgl. de his Boehnckian Staatsh. II. p. 108.

3 esse intelligendum. At quam Orator ibid. § 197 haec immiscat: ἐνθωμεῖσθε παψ ὑμῖν αὐτοῖς, οἱ εὐτος τῶν μετ' ἑαυτοῦ στρατευομένων ἐπένων, ὅτε εἰς Ὁλυνθόν διέβησαν, ἐδέλη πρὸς ὑμᾶς αἰς τὴν ἀκαλησταριανήν, quumque rerum Olynthiacarum memoria, quam cum Euboicis convenire interpres arbitrantur, eadem esse videatur, quae tangit in Aristocratea (XXIII) § 108: ἐκεῖνοι (Ολύνθιοι) τέως ἔργων αὐτὸν τηλευτῶν ἡλίκος ἦν καὶ πιστὸς ὑπῆρχε, σύμμαχοι τε ἡσαν καὶ δὲ ἐκεῖνον ἥμιν ἐπολέμουν, de hoc ipso loco dicendum est³⁴⁾. Enimvero Ol. 106, 4 legati Olynthiorum Athenis versabantur de reconciliatione; unde nonne probabile est ἐπολέμουν referri ad Ol. 106, 3 et annos praecedentes itaque orationem Midianam esse anni Ol. 106, 4, Demosthenem autem tum annum 32. agentem natum fuisse Ol. 98, 4? Quae quum ita sint, in Boeckhii sententia acquiescendum esse censeo, ita ut Demosthenes³⁵⁾ Olynthiacam primā et secundam agens (OL 107, 3) annos 34 habuerit, Olynthiacam tertiam et Philippicam³⁶⁾ primam (Ol. 107, 4) 35 et orationem de Pace (Ol. 108, 2) 38.

§ 3.

De ratione Demosthenis.

Quanquam qui vel primis labris Demosthenis orationes gustarunt, non possunt non videre, quibus ille virtutibus prae-
stet, tamen ut illorum ipsorum studiis consulerem, lineamenta quaedam vel tenuia describenda et judicia aliorum, qui subtilius in Oratoris ingenium et artem indagavere, addenda censui.

Fuit in Demosthene ingenium acre, subtile, fertile, subactum, ad optima quaeque excipienda promissimum. Idem non solum justa institutione, ut tum fuit, et in primis Isaēo prae-

34) Cf. Weberi comm. in Aristocr. p. 350 et nostra Prolegg. in orr. Olynth. a. 2, § 2. p. 24.

35) Vid. Prolegg. in orr. Olynth. c. IH. § 1 p. 26 sq. Dissentit Photius bibl. cod. 265. p. 492, 18: ἐτον γεγονές δέ ἡτενδε δέκτω καὶ τριάκοντα ἔπεισι δημηγορήσας τὸν δῆμον βοήθειαν Όλυνθίοις ἀποστεῖλαι. At quod nec in numeris erravit!

36) Prolegg. in Philipp. I. § 3.

ceptore ³⁷⁾ ~~Wwusus~~ est, sed etiam ea tempora nactus, quae artem dicendi, ad quam se applicabat, cum maxime fovebant, colebant, exercebant. Quid mirum, quod juvenis optimarum artium studio imbutus ³⁸⁾ ac sincero patriae amore inflammatus eas habuit orationes, quae omnium aetatum summam movebant admirationem, ut non defuerint qui in eo imitando elaborarent ³⁹⁾? Et duae quidem res sunt, quas qui illas legunt Oratorem summa diligentia sequutum esse facile animadvertis — ne singulis rhetoricae formulis inhaerent *dictio* et *tractatio*. Etenim *dicendi* genus habet ⁴⁰⁾ purum, tersum, nitidum, elegans, nativum, denique in partes voco Ciceronem Brut. c. 9 § 35: „nihil acute inveniri potuit in iis causis, quas scripsit (Demosthenes), nihil — ut ita dicam — subdole, nihil versute quod ille non viderit; nihil subtiliter dici, nihil pressse, nihil enucleate, quo fieri possit aliquid limatus; nihil contra grande, nihil incitatum, nihil ornatum vel verborum gravitate vel sententiuarum, quo quidquam esset elatius.“ Nam abhorruit ab omni fuco, nullum jactavit tumorem nec imaginum lumina occupavit, quanquam metaphoras a re nautica et medica suis locis repetit. Graviter et distincte causam proposuit easque dicendi facies adhibuit, ut homines vel incenderet et impelleret, vel revocaret et teneret. Ipsas vero res seu publicas seu privatas ⁴¹⁾ ita *tractavit*, ut acutissime meditatum eas ac diu multumque secum volutasse oratorem appareat, quamvis non omnia ad vulgares rhetorum ⁴²⁾ praceptiones composuerit; atqui animos

37) Praeter eos, quos landavi ad Lib. vit. Dem. § 7, vid. Westermann in Paul. Real-Encyc. II. p. 960 et ad Pseudoplut. p. 69 n. 6.

38) Ipse dicit XVIII, 257: ἐμοὶ ὑπῆρχεν παιδὶ ὅτι φοιτᾶγεν τὰ προσήκοντα διδασκαλεῖται. Ibid. § 265: ἐδίδασκες (*Αἰσχίνη*) γράμματα, ἦγὼ δὲ ἐφοίτων. ἐτέλειος, ἦγὼ δὲ ἐτελούμηγος. Omnino haec oratio de Corona abundat locis, quae ad Dem. vitae rationem pertinent.

39) Becker Lit. des Dem. p. 206 sqq.

40) De cognomine Βάτταλος disputatum est ad Lib. vit. Dem. § 5. Praeterea cfr. Phot. bibl. cod. 265. p. 495, 31 et Westermann Qu. IV. p. 89, qui illud cum Zosimo ad linguae haesitantiam pertinere censem.

41) Orationes sunt vel publicae I—XVI, vel privatae XVIII—LXI. Westermann Gesch. d. g. Beredts. p. 297 Beil. VII.

42) Taedet sane argutas et exiles rhetorum graecorum observationes, exceptis aliquot locis Hermogenis et Aristidis, legisse, ut

audientium quo vult dicit atque unde vult deducit. Etenim movere et instigare tardos, revocare a desidia, ad rem acriter suscipiendam excitare, causam subtiliter et enucleate exponere, invehi in ignavos, laborantes erigere, majorum exemplum proponere, patriae amorem incendere, denique animos confirmare ad extrema quaeque subeunda et periculum imminens propulsandum. Non possum quin Photii verba addam, de causa, quam Dem. sequitur, dicentis p. 493, 34 : ἐπιδόντες αὐτὸν ἐπὶ τὸ πολιτεύσθαι, ἔπει τοὺς μὲν ἑώρα τῶν πολιτῶν φιλιππίζοντας, τοὺς δὲ πρὸς τὴν τῆς πόλεως ἐλευθερίαν δημηγοροῦντας, τῆς ἀμετίνονος μοίρας γένεται, καὶ συνεπολετεύνετο Ὑπερβολὴ καὶ Νανούκλι καὶ Πολυεύκτῳ καὶ Διοτίμῳ. Qua quidem in re non praetermittenda est illa pietas, qua et divinum auxilium implorat et cives eo fretos esse jubet, ne desperent, sed omni virium contentione id petant, quod probissimo et fortissimo cuique petendum est. Cfr. Dem. I, 1. 10. II, 1. 22. IV, 12. 45. XVIII, 1. Tanta ars et tanta virtus si justo eventu plus minusve carebat, culpa fuit temporum et morum Atheniensium, non oratoris, qui quum Ol. 106, 2 ad rempubl. accessisset, ne clade quidem Olynthiaca (Ol. 108, 1) ab illa abstinuit, sed permanxit usque ad proelium Charoneense Ol. 110, 3⁴³⁾, per quod auctoritate Demosthenis commissum quanquam Polybius XVII, 14 dicit patriam summopere afflictam esse, tamen addit: Δημοσθένη κατὰ πολλά τις ἀνέπαινος. — At ne longior sim in hac re, in qua non tam copia quam modus quaerendus est, addam deinceps qui et antiqua et recentiore memoria de Demosthenis ratione scripserunt, interjectis ipsis aliquot scriptorum verbis⁴⁴⁾. Et Dionysius quidem Halicarnassensis singularem edidit libellum περὶ τῆς λεκτικῆς Δημοσθένους δεινότητος in Opp. ed. Reisk. T. VI. 953—

admirer diligentiam Walzii. Multo eleganter nostrates, quos statim nominabo, hac in re versati sunt, Oratoris virtutes exponentes et exemplis probantes.

43) Prope ad verum accessit Photius p. 495, 3: ἐπολιτεύσατο δύο καὶ εἴκοσιν ἔτη i. e. 355—338.

44) Praefixit Hier. Wolfius elogia veterum scriptorum editioni Francf. 1604. p. XLIV—LXXIV.

1129⁴⁵), ex quo vel unum adscribam locum, qui est cap. 22: ὅτιν. Δημοσθένους τινα λαβὼν λόγον, ἐνθουσιῶ τε καὶ δεῦρο κάκεισε ἄγομαι, πάθος ἔτεφον ἐξ ἔτεφον μεταλαμβάνων, ἀποστιῶν, ἀγαντῶν; δεδίως καταφρονῶν, μετῶν, ἐλεῶν, εὐνοῶν, ὁργιζόμενος, φθυνῶν, ἄπαντα τὸν πάθη μεταλαμβάνων, ὃσα κρατεῖν ἀνθρώπινης γνώμης καὶ δῆποτε καὶ ἐνθυμήθην, τί ποτε τοὺς τοῦ ἀνθρώπους τακούνιτες αὐτὸν λέγοντας ταῦτα πάσχειν εἰκός ην. Alia loca vid. c. 36. 41, in primis c. 42. 43 et 53. Idem scriptor ep. ad Pompej. c. 4 (VI. p. 752 R.) haec: εἰ χαρακτῆρας λόγου προελόμενος εκπειν καὶ τοὺς πρωτεύοντας ἐν αὐτοῖς φιλοσόφους τε καὶ φήγορας ἔξεταῖσιν, τρεῖς μὲν ἐξ ἀπάντων ἔξελεξάμην τοὺς δοκοῦντας εἶδοι λαμπροτάτους, Ἰσοκράτην τε καὶ Πλάτωνα καὶ Δημοσθένην, ἐκ δὲ τούτων αὐτῶν πάλιν προέκρινα Δημοσθένην, οὐδὲν φύητο σύτις Πλάτωνα οὐτ' Ἰσοκράτην ἀδικεῖν⁴⁶). Lcianī, de quo § 1 dixi, verba sunt haec in encomio c. 14: ταῖς μὲν ἐννοίαις καὶ τοῖς ὄνομασι καταπυκνῶ τὸν λόγον, ταῖς δὲ διαιτέθεσιν ἀκριβῶν τὰς πιθανότητας, λαμπρὸς μὲν τῷ μεγεθεῖ, σφοδρὸς δὲ τῷ πνεύματι, σωφροσύτατος τὴν τῶν ὄνομάτων καὶ νοημάτων ἔγκρατειν, ποικιλότατος δὲ ἐναλλαγαῖς σχημάτων· μόνος γέ τοι φητόφων, ὡς ὁ Δημοσθένης ἐπόμησεν εἰπεῖν, ἐμψυχον; οὐ σφυλήφατον παρεῖχε τὸν λόγον. — In latinis scriptoribus Cicero — cuius judicium gravissimum esse nemo infitias ibit — cum illo, quem supra attuli, loco tum multis aliis Oratoris Attici celebrat laudes: d. Orat. I, 61, 260. III, 19, 71. 56, 213. Orat. 29, 104: „Demosthenes unus eminet inter omnes in omni genere dicendi.“ Cfr. Tusc. Disp. V, 36, 103. Quintilianus X, 1, 106 utrumque Oratorem comparans Demosthenem in primis legendum vel potius ediscendum putat:

45) Vid. Dionysios über die Rednergewalt des Demosthenes vermittelst seiner Schreibart. Uebers. u. erläut. v. A. G. Becker. Nebst einer Abhandlung über Dionys. als ästhet.-krit. Schriftsteller. Wolfenb. u. Leipz. 1829. Haec commentatio bonae frugis est plena et auctore digna.

46) Schottieni (de Demosth. eloqu. charactere. Traj. ad Rh. 1835) sententia, Demosthenem e disciplina Platonis prodiisse jam diu est explosa. Vid. Gotting. gel. Anz. 1835 Nr. 160. — Aliquid similitudinis inter juveniles Dem. orationes et Isocratem reperire sibi visus est Funkhaenel in Zeitsch. f. Alterthw. 1837, Nr. 59. Res valde dubia,

„quorum (Demosth. et Cicer.) ego virtutes plerasque arbitror similes, consilium, ordinem dividendi, praeparandi, probandi rationem, denique quae sunt inventionis. In eloquendo est aliqua diversitas: densior ille, hic copiosior; ille concludit astrictius, hic latius; pugnat ille acumine semper, hic frequenter et pondere; illic nihil detrahi potest, hic nihil adjici; curae plus in illo, in hoc naturae.“ Cfr. XII, 10, 23. Val. M. VIII, 7. Juvenal. X, 114.

Nostra autem aetas tam multos tulit, qui de Demosthenis virtute oratoris exponerent eamque suis hominibus adaequandam commendarent, ut qui hos alterosve auctores praetermissos esse doleant, veniam datus esse sperem. Praeter eos, quos § 1 nominavi, vide F. A. Wolfium ad Lept. p. XXXXI. Ästhetisch-krit. Parallelie des Demosth. u. Cicero von D. Jenisch. Berlin 1801. Demosthenes als Staatsmann u. Redner von A. G. Becker, Hal. 1815⁴⁷⁾) et Lit. des Dem. p. 35—81. H. A. Schott Theorie der Beredtsamkeit, Leipz. 1833. C. F. Ranke in Ersch u. Gruber Encycl. XXIV. A. Westermann Gesch. der griech. Beredtsamkeit, Leipz. 1833⁴⁸⁾) § 57 et in Pauly Real-Encycl. T. II. E. Gros étude sur l'état de la rhetorique chez les Grecs depuis sa naissance jusqu'à la prise de Constantinople. Par. 1835⁴⁹⁾). F. v. Raumer Einleit. zur Uebersetz. des Aesch. u. Demosth. Reden für die Krone. Berl. 1811. Jacobs Vorr. zur Uebers. v. Dem. Staatsr. 2. A. p. XIV sqq. Wachsmuth Hell. Alt. 2. A. I. p. 670 sq. Theremin Demosth. u. Masillon. Berl. 1845⁵⁰⁾). Accedat denique auctoritas virorum aliquot gravissimorum, ipsorum verbis expressa: Jenisch l. c. p. 64: „das Grosse einfach, das Kleine gefällig, das Dunkle klar, das Feine verständlich und fasslich zu sagen — in dieser Kunst ist kein alter Redner und kein neuer Schriftsteller so erfahrner Meister als

47) De hoc libro egit Heeren Gott. g. Anz. 1816 p. 4060.

48) De nostrostrarum litterarum ornamento vid. Gotting. Anz. 1833 Nr. 146, 147. Allg. Lit. Ztg. 1834 Nr. 110 et 197. Jahrbb. f. Philol. XIII, 3. p. 260.

49) Zeits. f. Alterthw. 1837. Nr. 87.

50) Schwarz in Jen. Lit. Z. 1846. Nr. 261 sqq.

Demosthenes. „*E. V. Reinhard*, Geständnisse seine Bildung zum Prediger betr. Sulzbach 1810 p. 52: „Durch Cicero ermuntert fing ich an den Demosthenes zu lesen; und wie gross war mein Erstaunen, in dem berühmtesten Redner des ganzen Alterthums einen Mann zu finden, der, um seinen Zweck zu erreichen und die grössten Wirkungen hervorzubringen, nie einer Blume, nie eines gesuchten Wortes, nie einer kostbaren, auffallenden Redensart, am allerwenigsten poetischer Prosa bedarf; der vielmehr alles, was er vorzutragen hat, mit dem Ausdrucke sagt, welcher der natürlichste ist, die Sache am richtigsten bezeichnet und sie am treffendsten darstellt; bei dem ebendaher keine Spur von Affectation, von Häischen nach Witz, von überraschenden Wendungen und von jener genial sein sollenden Verwegenheit vorkommt, bei der sich Viele so wohl gefallen; der dagegen durch seine männliche, kraftvolle, kein überflüssiges Wort enthaltende Diction die Aufmerksamkeit fesselt; der durch die Schärfe der Gedanken, durch die Macht seiner Gründe und durch die Ueberlegenheit, mit der er sie entwickelt, den Verstand gleichsam überwältigt; der endlich durch eine Rede, die in harmonischen, das Ohr füllenden und in sich selbst vollendeten Perioden dahinströmt, alles mit sich fortreisst.“ *A. H. L. Heeren* Histor. Werke, Götting. 1826. T. XV. p. 340 inter alia haec: „Aus dem Innersten seines Gemüths ging die Politik des Demosthenes hervor; diesen seinen Gefühlen bleibt er treu, trotz allem Wechsel der Verhältnisse, trotz allen drohenden Gefahren! Dadurch ward er eigentlich der gewaltigste der Redner, weil kein Kapitulieren mit seiner Ueberzeugung, kein halbes Nachgeben, weil überhaupt keine Spur von Schwäche je bei ihm sichtbar ist. Diess ist der wahre Kern seiner Kunst; alles Uebrige nur die Schale.“ *H. Sauppe* in Verhandl. der 7. Vers. deutsch. Phil. Dresden. 1845 p. 127 dicit: „Demosthenes war der Held, den allein Philippos fürchtete; noch jetzt weht aus diesen mit Schwerterglanz flammenden Worten jedes edle Gemüth frischer Morgenhauch an, seine Gluth weckt über Jahrhunderte hin neue Begeisterung.“

EXCURSUS II.

DE

PHILIPPO, MACEDONUM REGE.

In altero hoc excursu id agam, ut, quum Demosthenis orationes, quae Philippicae dicuntur, praecipue in periculo Philippi, quod Atheniensibus imminebat, averfendo et consiliis hujus regis aperiendis versentur, imaginem quandam ejusdem ¹⁾ vel meis vel aliorum adumbrem verbis. Natus fuit hic Amyntae filius ²⁾ Ol. 99, 2 (383), mortuus Ol. 111, 1 (336); jam puer varios fortunae casus expertus est. Nam Justinus VII, 5 narrat, Philippum a fratre Alexandro ad Illyrios, tum ad Thebanos ³⁾ obsidis loco esse missum; Plut. Pelop. c. 26 ab eodem fratre traditum fuisse Pelopidae; Diod. Sic. XVI, 2 ab Amynta patre Illyriis, qui eum Thebanis concessissent, quanquam idem Diod. XV, 67 dixerat, Philippum Pelopidae ab Alexandre permisum esse. Quae quum ita sint, has diversitates, e vario rumore ortas, ita conciliandas esse, nec magis omnem hanc rem in dubium vocandam arbitror quam narrationem de causa Oropica, quam Demosthenem supra Exc. I, § 3 audivisse vidimus. Etenim Philippos a patre Illyriis traditus fuit, sed nescio quomodo ab his repetitus: nam Aeschin. II, 28 diserte prodit,

1) Philippicarum et Macedonicarum rerum scriptores nominavere *Voemelius* comp., ad Dem. Phil. II. p. 3 et *Brückner* p. 4 sqq.

2) Stemma Philippi habet *Clinton* F. A. p. 235. Cfr. infra p. 272.

3) „Hos Thessali auxilio vocaverant contra Alexandrum, qui, primum a Pherarum tyranno, Alexandre, arcessitus, deinde Larissam et alias urbes per vim in potestatem suam redegerat et duro imperio continebat.“ *Duebner* ad Just. I. c.

EXCURSUS II.

